

testimonis interpretatur. Sed quid Sotum nomen, cum omnes ad unum Theologi catholici qui hoc de argumento scriperunt, hanc esse S. Thomæ doctrinam, ab ipsis divinis Scripturis, ab unanimi SS. Ecclesie Patrum consensione hautam, docuerunt, docebuntque, quoadquæ mundus durabit?

XVII. Sed quid Iansenium reprehendo, quod omnium sui temporis Theologorum doctrinam contempserit? Paucis pertrigenda nunc sunt quæ capitis initio innui, quæque conceptis Iansenii verbis liquidissime confirmari videlicet, Iansenium doctrinam Ioannis Hus, Lutheri, & Calvini de libero arbitrio adoptasse. Docuit heresiarum hæc: *Omnia peccatoris opera sunt peccata*: quæ propositio damnata est in Concilio Constantiensi. Inter propositiones proscriptas *sess. xiv. non. 16.* damnata hæc est: *Mortale peccatum inspicit universales actus hominis vitiosi, sicut virtus universales omnes actus virtuosos.* Concilium Tridentinum damnavit hæresim Lutheri, & Calvini de amissione liberi arbitrii *sess. vi. can. v. Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, & extingui esse dixerit... anathema sit.* Et rursus *can. vii. Si quis dixerit, opera omnia quæ ante iustificationem fiunt, quæcumque ratione facta sint, vere esse peccata... anathema sit.* S. Pius V. Gregorius XIII. Urbanus VIII. eisdem errores, & alios inde necessario manantes sacro confixere mucrone. Iansenius adversus hæc sacra Concilia, & Pontificum Bullas explicato vexillo frontem erexit, & non tantum fibulæ, & per cuniculos, lateraque, sed aperta & audaci fronte errores damnatos propagavit integris libris, nedum capitibus. Neque vocibus & phrasibus fucatis, led expressis, & manifestis, directèque pugnantibus cum Tridentinis canonibus, nus est, quibus hæresim Lutheranam, & Calvinianam defenderet, confirmaretque. Calvinus, ut dixi, levissimis quibusdam pigmentis horrorem Lutherana hæresis delinivit. Iansenius quibusdam aliis testimoniis, ex divina Scriptura, & S. Augustino incredibili fraude, & astutia excerptis, amplificare Calvini doctrinam infelicissimo conatu perterritavit. Pro heretico Calvinus habet qui negat liberum arbitrium. Idem iactat Iansenius. Calvinus *Lib. II. inf. cap. v. num. 4.* ubi opponit, *frustra exhortationes suscipi, supervacuum esse admonitionum usum, ridiculos esse obiurgationes, nisi sit penes peccatorem parere.* Respondet. *Si milita olim cum obiectarentur Augustino, libellum de correptione, & gratia scribere coactus fuit.* Falsus veritas argumentum istud *Lib.*

*IV. contra Pighium*: & post plurima congesta commenta, tandem concludit, istam esse obiurgationem ob voluntatem liberam, qua in Adamo omnes peccarunt. *Lat. nono aliud causari potest, cur peccet, nisi malam voluntatem. Voluntatis porro malitia non aliunde est quam ex hereditaria corruptione.*

XVIII. Hanc eandem obiectionem sibi opponit Iansenius *Lib. II. de stat. nat. lap. cap. xxviii.* inquit: *Aliud argumentum potest ex ratione præcepti, cohabitatio, oburgatio, atque superationis &c. & cum Calvino ad Augustinum confugit. Respondetur. Adversus Manicheos hoc argumentum frequenter Augustinus premit... Peccandi necessitas quam Augustinus tradit, sublatæque libertas bene faciendi, non repugnat arbitrii libertati... Sed in eo tota hallucinatio est, quod, cum auctimus liberum voluntatis arbitrium, solemus imaginari indifferentiam quandam voluntatis ad bonum, & malum; quam semper hominibus adesse mordicus allebat Iulianus, insciebatur Augustinus. Tandem cum suo Calvino ad libertatem in Adamo habitam se recipit. Infinitus essem, si integræ comparationem adornare vellem doctrinæ Iansenianæ cum Calvinianæ. Verum quæ hæctenus dicta sunt, satis superque id quod demonstrandum suscepi, evincunt.*

XIX. Pauca adducere libet ad præcavendam versuta effugia, & rethnas, quibus fane occultare hæresim Iansenius conatur. Saepè distinguit libertatem genericè, & specificè acceptam; contrarietatis, & exercitii. Saepè etiam admittit indifferentiam ad bonum, & ad malum, & potestatem quandam abstractam ad actum oppositum. Hac distinctionum varietate, & vocum æquivocatione emolliere Lutheri, & Calvini hæresim, & quandam libertatis larvam obtrudere verute sudent. Excludit utique ferream illam & fatalem necessitatem Manicheorum, Stoicorum, & Astrologorum. Ceterum cum aperte doceat amissum penitus esse per culpam originale liberum arbitrium, omnem veram libertatem, sive contrarietatis, sive exercitii, ab hoc statu nature lapie reicit, solamque libertatem a coactione, secus a necessitate immunem defendit. Indifferentiam quam iactat, non aliud est præter flexibilitatem naturalem, & passivam arbitrii ad bonum, & ad malum, cum omnem, ut vidimus, activam indifferentiam sive specificationis sive exercitii in hoc statu excludat. Heinc patet quam fraudulenter libertatis specificationis, & exercitii distinctione abutatur, cum re ipsa neque unam, neque alteram

liber-

libertatem vero in sensu admittat. Quandoquidem iuxta ipsum homo iustus, dum bene agit, necessario agit, & dum peccat, necessario peccat, licet hoc, aut illud aliare marium queat. Verum, ut dixi, imitatio mei ratio non eo pertinet, ut omnia Ianseniani systematis artificia pandam, & resellam.

#### §. IV.

*Non nisi ex Lutheræ, Calvinianæ, & Iansenianæ doctrinæ ignorantia, Thomistarum de libero arbitrio, & divinis auxiliis systema comparari cum Lutheri, Calvini, & Iansenii systemate potest.*

I. PAUCIS nunc ex principiis certo constitutis colligo quam fit vana, & imaginaria cœnura illa quæ in sui Scholæ Calvinianæ, & Iansenianæ scholis SS. Augustini, & Thomæ in controversiis de libero arbitrio, & auxiliis divine gratiæ. Continuo ac Calvini, & Iansenii systema legi, demiratus sum, formari ab aliquo Theologorum inter utramque systema comparationem hanc potuisse.

II. Extinctam penitus libertatem electionis, & indifferentiæ in genere moris post Adæ culpam, docent Lutherus, Calvinus, Iansenius. Hoc constituto principio, legitima confectione inferunt, necessario hominem operari five bonum five malum. Liberum arbitrium Adami, ante peccatum, appetitiones carnales, & cupiditates omnes moderabat impetum lunæ, & tranquillo. Peccato patratæ Rex ille & throno cecidit, perit, penitusque extinctus est, inquit Lutherus, Calvinus, & Iansenius. Quid post? Consula, interturbata, involuta omnia. Novum successit regimen, novum tyrannicum imperium *libidinum*, ut verbis Iansenii utar, seu delectatio carnalis superior, & vitæ libertatis peremptæ. Quid heinc? Constatiam legitimum hoc est. Ergo auxilium, quo Deus hominem ad operandum determinat, necessario illum impellit, flectit, dirigit. Deus quippe cum agentibus liberis libere, cum agentibus necessariis necessario concurrat. Auxilium quo Deus bruta regit in ordine naturali, necessitatem inducit, quod bruta libertate destituta necessario agant. Homines iuxta Calvinum, & Iansenium post lapsum Adæ libertatem indifferentiæ in genere moris amiserunt. Quæcumque igitur gratia, sive in sensu Thomistico, sive in sensu Moliniano, sive in sensu Calviniano, Deus hominem mo-

Conc. Theol. Tom. VI.

veat, semper homo, & libertate indifferentiæ destitutus, necessario ager.

III. Thomistæ, & Catholicæ omnes humanæ indifferentiæ libertatem per peccatum originale lesam, infirmam, fauciatam tatenur; extinctam, deperditam, amissam negant, & pro hereticis habent Lutherum, Calvinum, Iansenium, omnesque qui extinctum liberum arbitrium post originale crimen docent. Vivit itaque anima ornata sua primæva libertate; sed agrotæ, imbecillis, vulnerata. Medicina indiget, ut sanetur; lunæ, ut illustretur; inspiratione, ut preveniatur; auxilio, quo determinetur; rectore, quo dirigatur. Liber igitur homo est post Adæ culpam. Ergo libere a Deo prevenitur, adiuvatur, prædeterminatur. Infirma est libertas nostra. Degna de peccato originali ad evincit. Si infirma, ipsa ne efficacem reddet Dei gratiam? Miror homines, clamant Augustinus, infirmitati suæ, quam firmitati divine promissionis se male committere. Quid? subdit S. Prosper. Si immane illud peccati monstrum nostram non devoravit libertatem, mortem animæ infligendo; illam non occideret Deus, eamdem ad bonum elevando, adiuvando, determinando? Hæc libertas non est interfecta per vulnèraturam, & eripitur per medentem? Non amittunt homines suam indifferentiæ libertatem, cum peccando diaboli tyranni subduntur, cum vero dependent, cum ab hoc captivitate iugo, sanante gratia, subrahuntur? Quin eo liberæ voluntas est quo efficacior gratia sanatur; ficuti quo validior est medicina, eo fortius agrotæ vires infirantur.

IV. Paucis nunc invicem systema conferamus. Extinctam penitus libertatem indifferentiæ per peccatum originale in genere moris docent Lutherus, Calvinus, Iansenius. Ergo, quæcumque gratia a Deo determinatur homo, libertate destitutus, semper necessario operatur; sicut, quæcumque auxilio moveatur bruta in ordine naturali, semper necessario agunt, quia libertate carent. Contra docent Thomistæ, & Catholicæ omnes. Vivit libertas nostra infirma indifferentiæ ad utramque libet. Ergo, quæcumque auxilio a Deo determinatur, libera determinatur: quia Deus cum causis liberis libere concurrat. Vivit libertas iuxta Catholicos, sed infirma, & debilis. Ergo divina gratia sanatur, & perficitur. Toto celo ergo differunt Thomistæ a Calvinis, & Iansenio in principio capitali de libertate post peccatum Adæ penitus amissa iuxta illos. Differunt ergo & in consequentia necessum est. Numquam Calvinus hoc utus

G

fuit

fuit argumento. Deus gratia natura sua efficaci voluntatem humanam applicat, determinat: ergo homo necessario agit. Sed e contrario. Homo per peccatum Adæ amisit libertatem: ergo indiget gratia necessaria illum applicante.

V. Quis nunc ferat Theologos illos qui SS. Augustini, & Thomæ, a quibus illi delibere, doctrina Calvino-Ianseniana errorem obtrudere audent? Imitati hi sunt Annibalem, bellum in hostium regna inferentem, ut proprii regni imminentem depopulationem arceret. Sic illi, ut adversarios Sempelagianismi censuram *concordiæ* noviter excogitantes inferentes, exquisita dexteritate eluderent, & iacenti causæ propriæ consilium irent, bellum in adversarios regere, Calvinismi primum, post Iansenismi spectrum obtrudentes. Vanum commentum, & chimericum impostum celebres Thomista Lemos, Alvarez, Gonet, Gonzalez, Massoulie, Reginaldus, Serret, Benitez, Gravelon, alique multi profugiant luculentissimi rationum momentis, & ampla eruditione. Post tot celeberrimos viros, via non minus brevi, quam plana & aperta, eandem individuum censuram propulsi, aliud agens, pretium operæ exstimavi. Quid? Aliquid novi hac in controversia tibi accidit? Tu ne etiam ex illis es qui novam in hac causâ historiam, & clamori arcani referendi se adveniens gloriantur? Absit a me insipientia tantum. Lutheri, Calvini, & Iansenii principia recentius, quæ evidentissime pugnant cum principis Thomistarum, & Catholicorum. Heinc necessario consequuntur duo. Unum, scholam Thomisticam toto calido ditare in controversia de libertate a Luthero-Calvino-Ianseniano errore. Alterum, vanam omnino esse *concordiam* recenter excogitamam, qua in tuto collocari libertatem contenditur contra Lutherum & Calvinum, gratia versatili, & scientia exploratrice; ac si heretici illi ideo negarent libertatem, quia gratia Dei natura sua efficaci sit. Et tamen huic commentario, & falsissimo fundamento tota liberaturæ concordie machina: quod fundamentum sublato necessario præcepit corruit.

VI. Lucæ meridiana luculentis demonstratam est, inquit, toto capto sistema Thomistarum, & cuiusque catholice scholæ ab heresi Calvino-Ianseniana ditare. At non propterea ostensum est, libertatem humanam cum gratia natura sua efficaci, & prædeterminante conciliari posse. Verum habet. Sed hæc controversia ab instituto meo aliena est. Duo, quæ in hac causâ mihi certa sunt, pau-

cis perfringo. Primum, Deum gratia intrinsicæ & natura sua efficaci voluntatem humanam determinare, certum, inconculsum, inculentumque ex divinis Scripturis, & perenni traditione mihi est. Quamobrem eadem evidentiâ falsum reputo, Dei gratiam versatili esse, indifferentem, & determinabilem ab humana voluntate. Commentum inauditum iudico, quod voluntas humana, infirma, debilis, faucida efficacitatem præbere divinæ gratiæ valeat, quod Dei gratiæ uberrimam vim suam ad hæc humana infirmitate suscipiat. Alterum, eodem evidentiâ & firmitate mihi certum est; voluntatem humanam, hæc divina, & natura sua efficaci gratiæ ornatam, liberam esse libertate indifferentiæ ad oppositum, & dissentire, si velit, eidem gratiæ posse. Si autem quaras a me, ut modum explicem quo hæc duo una concilientur, & componantur, respondeo, me penitus illum ignorare. Addo quantum illud insidius, & astutia plenum esse, ad veritatem deludendam inventum. Cedo. Scripturarum divinarum auctoritate evincit, animam rationalem unitam esse humano corpori. Tu hæc veritatem negare expresse minime audes. Sed insillis, ut modum exponam quo hæc fiat consensio. Et, quia huic modum ex illam esse nescio, tu negas animam consensio. Divinam gratiam, idem omnino in præsentia ad Deo, a quo datur, suam habere efficacitatem, tanta evidentiâ divinæ Scripturæ, Patres, & ratio evincunt, ut hæc veritatem discutere insitari vix audeas. Ideo ad ablitum te recipis, inquam, libertatem læcæ ex tali gratiæ efficacitate; quia modum ignoras quo cum hac efficaci gratiæ conciliari libertas indifferentiæ possit. Sed adversus te invehitur Augustinus inquis. Numquid negandum est quod apertum est, quia comprehendit non potest quod occultum est? Negas animam corpori unitam, quia occultum unionis modum tenere nequis? Negas gratiam natura sua efficacem, quia modum quo cum hæc gratia conciliatur libertas indifferentiæ, intelligere minime vales? Quid do alius dicam, qui dissident, altercantur, & perpetuo risantur de vocibus quibus hæc gratia nuncupanda sit? Alii motionem virtutalem, alii qualitatem physicam voluntati impellam, alii inspirationem, alii delectationem viderunt, alii auxilium efficacem eam vocant. Si quidem proprio in sensu his nomenclaturis abundaret, dummodo duo quæ præmissa, firma consistant, nihil mali esset; quemadmodum quilibet modum exponere, quo anima unitur

cor-

corpori, potest. Veram enimvero quotquot homines hereses notam impingant illis qui hæc gratiam, vel delectationem, vel qualitatem physicam, vel inspirationem, vel motionem appellandam existimant, duo mala perperant. Unum, turbas commoveant, diffidia foveant. Hæc Ecclesiam vexant, turbant, scinduntque in partes, ut propriis potioribus extendant. Alterum, ignorantem, & ad hæc se produunt: quoniam improbant quod ignorant; carpunt quod nesciunt; seire contendunt quod seire nequit, & explicari petunt quod humanæ mentis aciem omnino fugit; negant veritates manifestas, quia comprehendere nequeunt arcana occultissima. Inter illos emineant *Turnelyani*, quos Iansenismi notam Theologis catholicis inurere per ingenio ingenio pudet, ut palam faciam paragrapho sequenti adversus *D. Honoratum Turnely* Doctorem Sorbonicum. Negabant Nestoriani unionem hypostaticam Verbi divini cum humanitate, quod Catholicos inter hæc constaret, que sit eiusdem unionis natura, videlicet una modalis entitas, an relatio &c. Similiter Calviniani negantes realem præsentiam Christi in Eucharistia iactabundi a nobis querunt qua ratione hæc realis præsentia fiat, an per creationem, an per additionem localem, an per productionem. Hæc autem argumentationes sophisticae sunt, & insidiarum plenissime, ut Catholici omnes fatentur. More ergo istorum arguantur illi qui percontantur, quid sit, & quomodo Deus efficaciter determinet voluntatem: an hoc divinum auxilium dicendum sit qualitas physica, an delectatio, an inspiratio, an motus virtutalis. Catholico Theologo iat est fateri, & docere divinæ gratiæ efficacitatem a Deo esse, Deam esse primum voluntatis nostræ adiutorem, determinatorem, & voluntatem nostram sub hæc efficaci gratia revera libere, & quidem libertate indifferentiæ, & activa facultate operari, dissentire, consentire eidem gratiæ posse. Quæ autem hoc ratione fiat, nos later, nec seire interest: & quocunque vocabulo hæc gratia exprimitur, perinde est.

#### §. V.

Vindicatur P. Antonius Massoulie ab impostura Ianseniana, quam invidia summa illi impingit Doctor Sorbonicus D. Honoratus Turnely.

I. Titulus capitis initio indicavi, me velle veris, sincerique coloribus hereticam doctrinam Lutheri, Calvini, Iansenii adver-

sis libertatem representare, ne a minus periculosum cum ea confundatur catholicorum Theologorum sanæ doctrinæ. Sunt enim hæc tempestates non patet qui utrum contra Iansenii, Quiescili & aliorum errores tam ardenti studio dimicent per Ecclesiam Romanam, an pro domo sua; utrum ut dogmata catholica afferant ab erroribus, an vero ut viis scholasticis variorum triumphos canant, iisque adversarii invidiæ consentent extremam: non adeo perpiscue consistat. Antequam verolitra pergo, veniam a benigno lectore impetro, si in hoc & sequenti paragrapho a via digredior. Necessest innocentiæ ab imposturis propagandæ me ad digressionem cogit. Duo Ordinis mei Theologi præclarissimi ferula unius Doctoris Sorbonici inultu vapulant. Nemo hæcenus illos vindicavit. Quis igitur reprehendere me a iure poterit, si occasione data, istorum doctrinam invidia summa demigrat ab insinuat contritus afferere iudeam?

II. P. Antonius Massoulie O. P. Provinciarum Tolosanæ, regulari disciplina, & sapientum virorum copia secunde, alampus, æque lumen & ornamentum, duo volumina de gratiæ divinæ auxiliis edidit Romæ anno 1693. Opus in lucem prodit, eruditè Magistri generalis Antonini Cloche (cuius per Inevlarta natione Gallica Affiliens erat Massoulie) & plurimum non modo nolri, verum etiam aliorum factorum Ordinum Theologorum illustrat, & potissimum Cardinalis Ferrarii, non tam purpure, quam sapientia eminentissimi, tunc temporis sacri Apollotici Palatii Magistris, auctoritate munus, dicaturque Innocentio XII. Pontifici Maximo. Plura alia opera edidit Massoulie & adversus Quietistas, & ad mores formandos, divinxque pietatis igniculis succendendis aptissima, arque celestis unctioe perfusa. Fuit P. Massoulie celeberrimus viri temporis Theologus, non sacre doctrinæ modo, verum etiam linguarum, præsertim Græcæ, & Hebræicæ, peritissimus, qui in academia Tolosana plurimum annorum spatio cathedram theologiam moderatus est. De eo hæc scribit Iacobus Echarodus Tom. II. Biblioth. Script. O. P. Mirum, quantum in Urbe orbis christiani capite claruerit, quidvis habitus ab eruditissimis, ab universo Cardinalium catu, a summis Pontificibus, quocumque viro, clarum Ecclesie tenuerunt. Inquisitione generalis Tolosanus iam agebat ab anno MDCCXIII. & Inquisitionis Romane consilium electus fuit. De questionibus gravissimis, & ad fidem spectantibus, tempore Quiescitarum, seu Multiformium heresi, de Mysteriorum novorum heresitica pietate, & contemplatione, de

peccato philosophico, & præcepto amoris Dei, de cultu Sinenfium superflitiofo, Congregationes plures a Iuannis Pontificibus Innocentio XI. Alexandro VIII. Innocentio XII. Clemente XI. inflituta sunt: in his, ut inter Doctores selectios, suam votum ferret *Maffoulie*, & voluerunt idem. Hæc pauca præfari solui, ut intelligantur omnes, qualis sit vitæ quæ a Iansenifimi labe vindicandum fufcipio contra Doctorem Sorbonicum.

III. Porro de hoc insigni viro D. Honoratus Turnely Doctor Sorbonicus Tom. III. de gratia Christi part. 1. pag. 224. edit. Venet. 2. hæc scribit, „ Atque ita in eo fytemate Iansenifimæ delectatio illa superior, quafi ex mechanica lege voluntatem movet, ac rapit, ficut ad bonum, fivæ ad malum, prout caelestis, fivæ terrena præponderat. Quia „ (inquit auctor recentior Maffoulie Tom. II. diff. 111. quæst. vi. art. 1. pag. 209.) „ hæc efl in omni ftatu immobilis divinis providentiæ hæc confiftuta, ut actio ex portione maioris inæqualitatis natiæ, quæ agens fub fubftrati paffivis, & maior vis vincat minorem. Necque id profecto mirum in fyftemate Iansenifimæ videri debet.

IV. Plures legi innocentes Scriptores emulorum calumnias gravatos; ad fimilem Maffoulie neminem. Debuit Doctor Sorbonicus ex duobus voluminibus in folio P. Maffoulie verbum aliquod promere, quod vel remote latente indicaret, voluntatem lub delectatione victrici necelfario, quafi ex lege mechanica, moveri. Anne in allegata propofitione illius mechanice legis fufcipio aliqua? An propofitionem P. Maffoulie negare quifquam ratione prædixit vallet? Non efl ergo verum, Doctorem Sorbonice, quod maior vis vincat minorem? Minor ne vincat maiorem? Verum alia refcribit, quæ Doctorem Turnely obrudit contra P. Maffoulie pag. 223. „ Non efl quod recentiores adeo vendiderit, & extollant auctoritatem P. Maffoulie. Quæ enim ille docet „ circa gratiam fufficientem, in qua dumtaxat abfolutum agnoscit ad fuperandam oppofitam cupiditatem potentiam, non vero relativam, ac viribus proportionatam, PLANA NE conferunt cum Ianseniana, & a Thomiflica doctrina plurimum difcordant.

V. Quid efl alterum, Doctorem Sorbonice? Refpectus ad alium. Bene habet, P. Maffoulie, te fatente, admittit gratiam fufficientem, quæ devincenda oppofita cupiditatis poteftatem habeat. Et vis illa non efl relativæ, cum fit ad oppofitum? Sed perquamur refcribere alia quæ ibidem opponit Cenfor, qui fic pergit, „ Tom. II. differt. 111. quæst. vi.

art. 2. postquam fufe demonstravit (P. Maffoulie) exemplo rerum naturalium, hæc efl in omni ftatu immobilis diviniæ providentiæ confiftuta legem, ut actio &c. (refcribit periodum fupra relatam, & continuo fic pergit) art. 2. de diviniæ gratiæ motione fic loquitur P. Maffoulie. Si fortior fit diviniæ gratiæ motio, ut ea motione accenfa caritas vincat, fuperpete prævam cupiditatem; tunc motio diviniæ gratiæ effe- cax efl. Quod fic contra vehementer fit ipfa cupiditas, caffa & inefficax redidit diviniæ motio, aut eius vis ita retardatur, ut licet effectum aliquem habeat, non habet tamen perfectum, ad quem ex diviniæ ordinatione refertur... Et postea: Palam efl, inquit, fufficientem gratiam, quam fchola D. Thomæ admittit, veriffime & propriiffime fufficientem efl, cum re ipfa nihil defit, fi vis ipfius agendi fpectetur. Quod enim gratia diviniæ motio, verbi gratia, ut quatuor, interduum effectum non habeat, non efl ex defectu ipfius motionis diviniæ, quæ vis agendi non habet. Efl enim veriffime fufficiens, immo, & natura fua efficax, nec minorem fuo in ordine vim habet agendi quam habet verbi gratia calor in ordine phyfico, quem nemo negaverit vim habere fufficientem comburenti; ita ut, fi adnotum lignum ignis non comburat, id non oritur ex eo quod ipfi igni defit fufficiens vis agendi; fed, quod lignum, oppletum humiditate, & aqua, impreflionem, feu vi, & efficiacia ignis obflit. Atque idem de voluntate fentendum efl. Nam, fi præva voluntas minori verbi gratia obflinatione obfirmata efl, minusque intenfus efl prævus ipfius habitus, quo veluti pondere virtute colenda retrahitur, & ad virtutum impellitur: ipfe eadem diviniæ gratiæ motio, ut quatuor, & voluntatem ad virtutem impellet, ea gratiæ diviniæ motio, ut quatuor, voluntatis confenfum non obtineat, id non oritur ex defectu ipfius motionis gratiæ diviniæ, fed ex præva difpofitione voluntatis, quæ ob prævam habitum intenfum, verbi gratia, ut quinquæ, ipfius actionis impreflionem, & vi ten efficiacia diviniæ motionis non fubficiunt. Hæftenus Pater Maffoulie. Non poterat ille verbis fignificantioribus expremere tentiam Sambovii, Pauli Irenæi, & aliorum, quorum testimonia retulimus, ubi de poteftate abfoluta, & relativæ, quorum verba videtur exterpiffite: gratiam nempe, feu fufficientem abfolute quidem in fe, & præcisè fubftrati difpofitionibus fufficere, & ad opus perfectum ex diviniæ voluntate ante-

tecedenti referri. Nullibi vero fignificat P. Maffoulie, fufficere relative in his circumftantibus, quæ quatenus ardentior efl illa concupifcentia... Nemo hæc hic non recognofcat Iansenianum fyftemata, ac radicem ipsam, unde quinque propofitiones neceffario fluxu dimanant. Neque vero parum dictus P. Maffoulie invidiofum illud dicitur, ne ficut cum Ianseniana confortium declinet, nili certiffimam apofitam quinque propofitionum Iansenii derivando in fenfuum adeo abfurdum, & a mente Iansenii alienum, ut Ianseniana hærefis figmentum, ac merum phantasma videri poffit. Hæftenus D. Honoratus Turnely Doctor Sorbonicus.

VI. Uno vel altero verbo impingi calumnia hærefis poteft. Ur ea explodatur, plura committere necelfaria funt. Paucis tamen ego refellam impactam Theologo noftro cenfuram. Iansenianum contendit Doctorem Sorbonicus P. Maffoulie, quod doceat, gratiam fufficientem abfolute quidem in fe, & præcisè fubftrati difpofitionibus fufficere; nullibi vero fignificat fufficere relative. Unde colligit Doctorem Sorbonicus, P. Maffoulie non admittit gratiam fufficientem relative ad actum efficiendum, fpectatis circumftantiis? Ex verbis quæ modo tranfcripfit ex opere P. Maffoulie? Ad hæc verba, oppofita a Cenfore, gratiam efficiacem relativam, feu in quadam contemperatione fiam exprimunt. An Doctorem Sorbonicus confundit cum fufficienti efficiacem gratiam? Alterutrum ergo. Aut Doctorem Sorbonicus Iansenifimæ aculat P. Maffoulie, quia gratiæ efficiacem in quadam congruitate, & contemperatione ponit, quæ refpectu unius efl efficax, & ad alterum, feu fufficiens refpectu alterius; aut quia negat veram gratiam fufficientem, conflituente potentiam expeditam in actu primo ad agendum. Si primum; Iansenifimæ damnare debet univerfam fcholam Auguftinianam. Nonne committere illius Ordinis Theologi defendunt, eamdem numero gratiam, feu delectationem, ut ipfi cum S. Auguftino aiunt, quæ in minus exceccatis & obduratis foret efficax, in aliis maiori obductis cæcitate inefficiacem efl? Neque hæc derogari diviniæ gratiæ efficiacitati evincunt. Quandoquidem, fi Deus delectationem fancam infpirat, quæ relictantem comprimat cupiditatem, id præstat voluntate fua propofito. Innumera producant celebres illius fcholæ Theologi ex S. Auguftino testimonia, & rationes, quibus proprium fyftema confirmant. Gratiæ hæc medicinalis efl, & fanans. Quo ergo gravior efl

agroti morbus, eo validius applicandum ardicendum efl. Quam doctrinam ut confirmet P. Maffoulie loc. cit. a Cenfore Sorbonico, adducit hæc S. Thomæ in cap. v. ad Rom. verba. Ubi abundavit peccatum, inquit S. Paulus, fuperabundavit & gratia. Subdit vero Angelus: Ut enim magnitudinem morbi non fanat nili fortis, & efficax medicina; ita requirebatur abundantia gratiæ ad hoc fanare abundantiam delictorum. Quis dixerit, inquit, eadem gratia præventis Sæntos omnes fanat? Quis dixerit, non plus auxilii, feu fufficte delectationis requiri ad fubeunda pro fidei confeffione truciulentia fufficia quam ad tolerandam levem aliquam iniuriam, ad fuperandam inveteratam confuetudinem quam ad vincendam levem tentationem? Evincunt porro hoc fuum fyftema toto celo diftare a Ianseniano errore. Quoniam Iansenius (& hoc omnes Theologi ante-Iansenifimi fatentur debent) fatuit gratiæ efficiacem in delectatione victrici, quæ deliberationem, & indifferenciam activam liberi arbitrii penitus extinguit fupponit. Contra Auguftinum, & catholici Theologi omnes cum hæc gratiæ efficiacia (five vocetur auxilium, five qualitas, five motio, five fancha delectatio) componunt indifferenciam activam liberi arbitrii. Siquidem intellectus fub hæc gratiæ proponit bonum hic & nunc amplectendum, ut limitatum finitumque; atque adeo cum indifferencia iudicii, veraque libertate. Difcrepat quoque a Iansenio circa gratiam inefficiacem: quia ipfi admittunt gratiam efficiacem, feu fancam delectationem, cui voluntas differtente poteft; admittunt gratiam fufficientem, cui refiftit, & quæ dat poteftatem veram, propriam, & expeditam, & quidem relativam ad fervanda omnia divina mandata.

VII. Quid ad hæc Doctorem Sorbonice? Iansenianum ne fyftema efl quod univerfa fchola Auguftiniana propugnata? Negabit ne, eamdem efl, fi fubftantiam fpecies, Auguftinianorum, & P. Maffoulie in citata quæst. vi. doctrinam? Factum luce meridiana clarius inficietur. Si afferit, falitatem inauditam, ut miffille loquar, pronuntiat. Nam gratiam vero fufficientem in fenfu Thomifitico fuflo calamo pluribus articulis exponit P. Maffoulie, & quidem in ipfa citata differt. 111. quæst. 1. Verum de hoc infra. Ur enim involuntate enormitas, quæ Cenfor Sorbonicus Ianseniana luce afpergit P. Maffoulie, iuculentus appareat paucis animadvertere intercedi, Patrem Maffoulie in laudato Tom. II. differt. 111. post explicatam communem Thomitarum doctrinam circa gratiam tum fuffi-

cientem, tum inefficacem, tribus prolixioribus, nempe III. IV. & V. tres modos proponere, quibus declarat, in quo posita sit vis divina motus gratie efficacis, & communem scholæ Thomisticæ doctrinam omnium argumentorum genere, & incredibili eruditione propugnat. Post quæst. VI. explicat quantum modum, quo efficaciam divine gratie in quadam congruitate, & contemperatione constituit. Hunc ille modum non adoptat, ut necessarium ad divine gratie efficacitatem explicandam; sed illum, tamquam probabillem, & communem captum utilem, atque veluti eruditionis causam adiecit. Sic ille testatur loc. cit. pag. 226. ubi hæc scribit. *Ex his vero omnibus liquet, non esse omnino necessarium huic explicandi modum, sacrique negotio expediri omnino posse que in huius confirmationem essent unquam possent, vel que inde usurpantur ad impugnandum primum explicandi modum, quem, ut omnium fundamentum tutissimum, ceteri imitaverunt, subvertimus.* Ex post pauca addit, *utilem esse, neque asperandum eum modum, cum plura commoda habere possit. Precipuum vero quod inde reportari commodum posse arbitramur, illud est, quod quam facillime argumentum diluatur, quod ex D. Matth. cap. XI. Væ tibi Corozaitis &c. desumitur tum suis appendicibus. Unde enim liquido constat, potuisse Corozaitas præ Tyriss reprehendi, quia cum isdem auxiliis conversi fuissent Tyriss, quibus non erant conversi Corozaitis. Cum enim minor esset Tyrissorum obstinatio, & resistens, maior vero Corozaitarum; eadem auxilia, quæ maiorem Corozaitarum obstinationem non superabant, superassent obstinationem Tyrissorum, eoque convertissent, in usque vim omnem suam exercissent, sicut sunt gratia efficacis, cum tamen in Corozaitis, obstante obstinata voluntate, demeritas sufficientia essent. Exponit alia commoda que hie modus parit, queque brevitas causæ prætereo.*

VIII. His constitutis, enormitatem Turnelyanæ calumniæ in lucem expono. Nemo post celeberrimum Lemos scholæ Thomisticæ doctrinam de auxiliis divine gratie felicitas, atque eruditus propugnavit, explicuit, & ab adversariis oppugnationibus asseruit quam P. Maffoulie. Hac doctrina intruditis & obarmatus aggressit systema Lanfentanium, illudque ex omni parte profigit, atque labefactat, ut ex illius opere constat. Ad maiorem videri complementum adiecit quantum peculiarem modum, quo probabiliter indicavit, aliquid lucis addi divine gratie efficacitati. Quod heinc, Doctor Sorbonice? Prefarius nunc colloquatur. Doctrinam Thomisticam anti-

lanfentaniam esse asserit ipse. Hac Maffoulie infirmus doctrinam prostravit heresim lanfentaniam. Quoniam vero alio peculiari argumento, quod probabile indicavit, usus est; idcirco lanfentia audit lanfentaniam systema in chimeram transmutavit. Ut gradatim impoliret gravitas appareat, fingit, hunc peculiarem modum salum esse. Finge asseruitur deceptus in hac parte est; nullo vero modo fecedus cum profigit aliunde hinc intuit. Quot Controversiæ catholice alioquo argumento vano & falso inter plura vera utuntur ad veros hereticos? Propterea ut strenui catholice doctrinæ assertores heretici audiunt apud Doctorem Sorbonicum? In primum, & infimum calumniæ gradum. Pergamus ultra. Quid quod modus iste probabilis, immo probabilissimus est, quem, ut dixi, & universa schola Augustiniana, & doctissimi Thomistæ propugnant? In secundum calumniæ gradum. Accedamus ad tertium. Quid in hoc peculiari modo carpit Doctor Sorbonicus? Quod gratie sufficientis in eodem P. Maffoulie non meminit. Finge, non meminisse ibi. An gratiam sufficientem quatuor integris articulis in sensu Thomistico non exponit, & quidem in tuo sensu relativo? Audi pauca verba ex cit. Tom. pag. 10. Gratia sufficientis equidem in actu primo sufficit, ut voluntatem perficiat, & complet, efficiatque (N. B.) proportionem potentis cum actu eliciendo; verum, ut ipsa actum efficiat, necesse est ut efficiat gratia applicetur. Intellexit tertia calumnia gradum? Arrige auribus, ut attentius quantum, & quidem gravissimum, sentias. Quid quod in hac ipsa questione, opposita a morolo terriquo Censore, non sentit, sed pluries gratia sufficientis meminit? Audi que scribit questione a te citata pag. 225. & seq. id enim pertinet ad sufficientem gratiam, que potentiam ita complet, & perficit, ut nihil aliud præ applicationem desit: que tamen applicatio, seu divina motio, & efficax gratia adeo necessario sufficientem supponit, ut nunquam circa miraculum gratia conferatur, nisi antecedit sufficientem applicatio, & ex sufficienti gratia, & dispositionibus antecedentibus prius superaddita vires fuerint, quibus ea, proportio (N. B.) cum actu eliciendo constituitur. Quid quod non modo meminit, sed lectorem alius monet, ut, si amplecti hunc modum velit, illum non seungat a gratia sufficienti? In illius verba lub finem eundem questionis pag. 227. Sed, si quis cum explicandi modum usurpare velit, minus sit necessarius esse, alioque ipse monuit (Auditum?) ex expli-

plendi modofumi adquate divinum auxilium, ut comprehendit SUFFICIENTIS, & EFFICAX, quam observationem supra satis explicavimus. Ea vero cautione adhibita legitur quæ voluerit hanc etiam explicandi modum, ac sine periculo potest usurpare. Satis hæc? Revera Sorbonicus non movit lectorem, sed eum delavit, eum decepit, ei imponens, Patrem Maffoulie negare in hac questione gratiam sufficientem proportionatam cum actu eliciendo. Ne nimium accitorem ad incitas redigam, et torquemque, ultimum addam impoliret gradum, non quidem gravem, sed fere lepidum in hoc sicut, quod modus præfatus, ut probabilis a P. Maffoulie propugnatus, in speciem favore videatur systema Moliniano, & Congruitarum, ut advertit ipse P. Maffoulie cit. dist. III. quæst. VI. art. 2. ubi inquit pag. 212. Dies igitur, videri recitare hæc explicandi modum in recitationem lanfentaniam, que efficaciam gratie in congruitate reponit. Nemo enim efficaciam esse gratiam negavit; sed voluit eam efficientem esse, & voluntati congruat, ipsique contemperata sit. Unde & adversarius solenne est, eandem gratiam in uno efficacem, in altero inefficacem admittere... Verum respondeo, nec solum quantum latius unguis est, sed multis, ut dicunt, parasangis, & quantum celum a terra distat, hinc explicandi modum a communem recitationem lanfentia remotum esse. Minus tamen recedit quam alii tres modi: & idcirco minus Doctori Sorbonico Moliniano displicere debillet. Nemo nunc non videt, quam enormis sit impoliret quam Genitor Sorbonicus affingit P. Maffoulie, de Republica literaria optime merito.

## §. VI.

Fallitur, & fallit D. Honoratus Turnely, dum asserit P. Maffoulie ad signum, ac merum phantasma revocare systema Lanfentanium. In hoc absurdum lapsus esse Doctorem Sorbonicum vincitur.

I. PRIMUM omnium lectorem moneo, me daturam operam ut non solum in vindicanda veritate, & innocenta P. Maffoulie asserenda, D. Honoratus Turnely sim validior, veram etiam ut in moderata, honestoque viro digna, ratione scribendi sim longe superior. Subestum heresis lanfentanice postulat ille Patrem Maffoulie, pium doctrinæque Theologum. Abiit ut vitem Doctori Sorbonico reddam. Quin illum celeberris Theologi, proboque Catholici, & de Republica literaria

optime meriti loco habeo, suspicioque. Aio, non modo illam tuo ciclo ab heresi lanfentanica prolus dilare; sed de eadem etiam a se oppugnata vitem colo. Id solum contendo, atque iure meritoque evincendum assero, ad veritatem hunc nostrum in exponenda lanfentanica heresi adversus libertatem deceptum, atque in illud prolapsum absurdum esse quod ipse iniuria, & quidem summa, doctissimo P. Maffoulie affingit. Vindicata itaque P. Maffoulie sana doctrina, liceat & mihi unam vel alteram Turnelyiani operis thesim ad severiorum criticam adducere, etique scribendi formam expendere. Sed, antequam id præsto, sursum oculos reducam candidum latam in P. Maffoulie. Nemo sane (inquit Doctor Sorbonicus) hic non recognoscit lanfentaniam systema, ac radicem ipsam, unde quinquæ propositiones necessario fluxu dimanant. Neque vero potuit dicitur P. Maffoulie invidiosum istud doctrine sue cum lanfentanica consorium declinare, nisi consensum apostolicum quinquæ propositionum lanfentia derivando in sensum adeo absurdum, & a mente lanfentii alienum, ut lanfentanica heresis fundamentum, ac merum phantasma videri possit.

II. Sub examem iam veniat thesima illud ad quod D. Honoratus Turnely revocat heresim lanfentaniam, eam ad clavim, & radicem, ex qua quinquæ propositiones lanfentanice pullant. Ut evincam, Doctorem Sorbonicum in illud absurdum lapsum esse quod P. Maffoulie imponit, in medium nequaquam proferam aliquam pericham, ex doctrinæ illius corpore excerptam, ne suspicio oriatur detractionem esse; sed thesims ipsam promam, quas demonstrandas proponit, & ad quas revocet systema hereticum lanfentaniam. Hæc est autem prima thesims, que titulum paragraphi format cit. Tom. de grat. Chris. quæst. III. pag. 234. edit. Ven. 2. quemque & ego per modum tituli expono, ut omnium oculis perspicue obvuleret, etique sequens.

Delectatio superior, seu relative victrix lanfentaniam systematis BASIS, ac FUNDAMENTUM est.

Hæc est tota & integra thesims, nullo apice dempto. Rescribamus alteram, que ibidem pag. 235. constituit similiter titulum alterius paragraphi, & est sequens.

Quinquæ famose propositiones ex delectatione superiori relativa, velut a fonte radice a lanfentio derivantur.

III. Hæc thesims hic continuo, nullo interposito verbo, exponit. Cum delectatio fu-

perior, ac relativa totius Ianseniana doctrinae basis, ac fundamentum sui, necesse est Iansenium ad eam, velut ad primum, ac radicale quoddam principium, revocare quatenus docet in suo grandiori volumine, cui titulus AUGUSTINUS.

IV. Mea nunc interest palam facere, D. Honoratum Turneyi vi harum thesium ad plantatum revocare cum Catholico Ianseniano, merumque figmentum revocare systema Iansenianum, illudque confundere cum Catholico doctrina. Et revera an celeberrima doctrina, Cardinalis Norisii, Augustinus Bursensis, Bassilius Pontius Manlio, item Macedo, Cardinalis Lauria, Hamberus Habert, & alii, teste Laurentio Berti viro doctissimo, non propagant gratiam efficacem esse delectationem victricem, & quidem relativam, & gradibus veluti distinctam, & contemptatam delectationem carni, seu concupiscentiam terrenam devincenda? Propterea ne hereticum Iansenium? Quid plura? An non Moliniani ipsi propagant gratiam relativam, contemptatam malitiae gradibus, & quae respectu Tyrionum est efficax seu victrix, & respectu Corozaitarum inefficax est? An toto celo distant a systemate Ianseniano ob hoc solum quod gratiam, non delectationem, non lumen celeste, non sanctam delectationem, non divinam inspirationem vocent? Sed haec longius quaerita sunt, & extrinsecus.

V. Ipsa theses Doctoris Sorbonici sub critica veniant, & singulari verba ad examen Delectatio. Hic ne latit venenum Iansenianum Superior, Quid hic eris? An gratia quae Paulum, quae omnes peccatores in Deum convertit, superior non est? Sen. Hic ne quidquam veneni? Relative victrix. In cauda venenum. In his forsitan duabus ultimis vocibus tota concluditur Ianseniana haeresis? Neque ne gratiam dari efficacem? Absit. Datur ergo gratia efficax? Si efficax, ergo victrix. Si victrix, ergo superior. Si superior, ergo relativam, quae victiam, & postulatam delectationem terrenam respicit. Quid toxicatis? Non in singulari verbis sanctis, sed in omnibus simul acceptis redidet Ianseniana haeresis. Redeat itaque sub oculos integra thesis. Delectatio superior, seu relative victrix Ianseniana systematis basis, ac fundamentum est. Haec verba ergo limbo iuncta: Delectatio superior, seu relative victrix, constituunt radicem quam veneficam Iansenianam haeresim? Quid est haeresis Ianseniana adversus libertatem, de qua iure sermo nobis est? Ad meritum, aut demeritum non requiri libertatem a necessitate, sed a coactione tantum imminet. Ubi

in praefatis quatuor vocibus, sive separatim, sive coniunctim acceptis, vel leve vestigium illius haeresis? Et tamen Doctor Sorbonicus alteram similem thesim reddit in fecum. Quinque famosa propositiones ex delectatione superiori relativam, velut a fonte, & radice, a Iansenio derivantur. Delectatio ergo superior relative victrix beluilla illa immanis est quae quinque propositionum funicula cornu emittit? Sed iterum in isto. Ubiam in hac thesi, ut iacet, vel minima vult haeresis Ianseniana contra libertatem? Iam demons-travit, & quidem evidenter, nisi me meus salutaris amor, omnem gratiam efficacem esse victricem, imperiosem, perlibentem relationem ad victiam postulatamque concupiscentiam, seu delectationem terrenam.

VI. Nec est quod Doctor Sorbonicus opponat, non alium se velle lux thesiis telum quam Iansenium ipsum, qui Lib. de grat. prim. hominis cap. vii. fatetur, hanc delectationem esse veram clavem, qua sibi aditum aperit ad scripta S. Augustini intelligenda. Quandoquidem, dum hoc opponit, a veritatis Iansenii se misericorditer deceptum patefacit. Iansenius, utpote acutus & callidus, non secus ac Calvinus, deprehendit reipia ab Augustino gratiam Dei appellari triumphatricem, & sanctam delectationem, divinamque inspirationem. Et sub hac Augustini larva occultare intendit studium clavem Calvinianam, indistincte libertatis indifferentie ob originale crimen, ut mox dixi quae Iansenius docuit, haeretica esse, aut haereticum deolvere.

VII. Sed, ut pressius urgeam Doctorem Sorbonicum, cedo. Nonne quinque propositiones continent & clavem, & radicem, & fundamentum totius Ianseniani systematis, & ipsam totam haeresim Iansenianam? Dubio procul. Et in nulla istarum indicatur haec venefica radix, Delectatio superior relative victrix? Quoniam radix Lutheranae, & Calvinianae haeresis contra libertatem est extinctio libertatis in peccato originali, nonne LEO X. nonne Concilium Tridentinum hanc radicem manifestarunt damnando eos qui dixerint, liberum arbitrium extinctum esse per peccatum Adami? Et in quinque propositionibus famosis, tanto studio, tanta maturitate, tanta partium contentione ex universo Iansenii volumine excerptis, nec verbum habetur illius delectationis superioris relative victricis, quae Doctor Sorbonico iudice sedente, est basis, radix, clavis, fons, fundamentum, continens universam haeresim Iansenianam? Quid ad haec? Tot docti, & sapientes viri nun-

universa Gallia, tum Romae, tam longo tempore, tam levero examine Iansenii volumine cribrarunt, Romanae Sedi patefecerunt totum id quod damnandum iudicatum in hoc opere de hoc delectationem imperiosem, relativam, & hanc delectationem imperiosem, relativam, & Iansenianam praeterire? Malos plantae fructus, & Iansenianae fontis rivulos manifestavit Ecclesiis, ut quid vitandum esset, conperitur foret; & malam plantam, & veneficam radicem, & pelliculam fontem, & clavem omnium errorum occultam reliquit? Radix in primis, & fons omnium errorum aperendus, atque patefaciendus erat. Alterutrum ergo? Aut Ecclesia ignoravit, vel occultavit radicem Iansenianae haeresis; aut turpiter abiecit Doctor Sorbonicus in manifestanda clavi, & radice haeresis Iansenianae.

VIII. Nemo nunc non videt, Confessorem nostrum ad primum primumque fundamentum reducere systema Iansenianae, dum hinc, tamquam fructum in radice, tamquam rivulum in fonte concludit in recessu sua thesi. Debullet Conter severus huic lux thesi, Delectatio superior relative victrix, adiecte aliquam istem ex his particulis, quae extinctum supponit arbitrium, quae excludit indifferentiam activam, cui humana voluntas non potest resistere. Quid? Haec omnia alibi dicit. Verum habet. Quid heinc? Dno profecto, quae oratio mea evidenter offendit. Primum, quod Doctor Sorbonicus implexe, perturbatae, atque confuse exposit systema Iansenianum. Alterum, quod ad thesim, iuxta obivum naturalemque Iansenii innoxiam, & ab errore immunitam, tamquam ad clavem, radicem, fundamentumque, revocat haeresim Iansenianam.

IX. Quid refert, inquires, quod asseratur, clavem haeresis Iansenianae esse delectationem victricem, vel amissionem liberi arbitrii? Verbis tantum haec duo differunt. Ita ne vero? Immo tam grave discrimen est, ut heinc turbantur Ecclesiae pacem, proficiuntur. Unam oculorum aciem convertite in veram sinceramque picturam quam haeresis Ianseniana, damnatae in tertia famosa propositione, de qua sola nunc mihi sermo est, formavi. Iansenius, non secus ac Calvinus, quodatum, praecipitatum, amissionemque per peccatum originale liberum arbitrium docet. Haec clavis, haec basis, hoc fundamentum haeresis Calviniano-Iansenianae; ut ex illorum verbis, & Ecclesiae canonibus palam feci. Ex hac venefica radice prodit delectatio illa terrena superior, & relative victrix, quae cum delectatione celestis pugnat. Haec duae delectationes mutuo cer-

tant, & sub eisdem humana voluntas, veluti bilax passiva, duabus pressa ponderibus, altero prevalente, altero succumbente, captiva iacet, voluitur, passiva agit. Delectatio quae prevalet, voluntatem, desitutam activa indifferentia, necessario impellit cum sola spontaneitate. Et, quod haec sit vera, & nativa pictura haeresis Calviniano-Iansenianae adversus libertatem, praeter argumenta repetita ab eorum thetomonis, & Ecclesiae auctoritate, patet reipia. Tam Lutherus, quam Calvinus, & Iansenius libertatem electionis admittunt in Adamo ante peccatum. Haec libertas captivam tenebat delectationem terrenam, plenissime dominabat in omnes appetitiones carnales sensualis. Ut hoc auleratur regimen, & imperium, quid primum omnium requiritur? Ut e solo detradatur Rex, nempe liberum arbitrium, cuiusque potestas atque, sine imperativa omnino extinguitur. Haec extinda libertate, necessario consequitur, delectationem terrenam, quae prius captiva erat, occupare solum, exadere dominam, necessario impellere voluntatem, exclusa quacumque electionis indifferentia. En verum clavem, radicem, & principium haeresis Iansenianae, damnatae in tertia propositione: Ad merendum, & demerendum &c. Error ergo, & quidem crassissimus, est thesis Doctoris Sorbonici, constituit haeresim Iansenianam in sola delectatione victrici, tamquam in radice. Nam ideo delectatio victrix Ianseniana haeresim includit, non quia delectatio victrix, sed quia haec delectatio, cum supponat extinctam libertatem indifferentem, tyrannico imperio necessario impellit ad suum primum voluntatem: quia iuxta Calvinum, & Iansenium libertas electionis, sine indifferentia activae amissa est per peccatum: quia iuxta Calvinum, & Iansenium necessitas ad unum non officit libertati quae requiritur ad meritum, vel demeritum. Haec perpetua doctrina Iansenii, qui Lib. VII. de grat. Chris. cap. xix. scribit: Nulla necessitas actibus liberis formanda est, sed via vis & coactio, & necessitas violentiae.

X. Audiat nunc Cenfor Sorbonicus confessionem. Admissa hypothese Calviniano-Ianseniana, gratia efficax Dei, quocumque sentu exponatur, necessario movet voluntatem, desitutam libertate indifferentem activae. Voca hanc gratiam sive delectationem victricem, sive motionem, sive qualitatem, sive actionem, sive in sensu Thomidico, sive in sensu Moliniano, sive in sensu Calviniano, sive quocumque alio excogitabile nomine, si efficax sit, necessario movet volun-

tatem, facta positione Calviniano-Ianseniana, quod voluntas per peccatum originale amittit activam indifferentiam electionis. Ut itaque doctrina catholica contra haereticum Calviniano-Iansenianum systema in controversia de libertate propagaretur, praevidenda est catholica veritas, nempe, libertatem indifferentiam amissam non esse post peccatum originale. Quam primum catholicum ardentem consequitur haec alia veritas, videlicet Deum sua efficaci gratia causas liberas libere movere, & causas necessarias necessario. Modus vero quo id praestat, arcumum est, quod humanam legit intelligentiam. Quod haec gratia efficaciter vocetur delectatio superior, victrix, motiva, auxiliaria, qualitas, perinde est. Quoniam vocum diversitas, quod lenis doctrina catholica evidenter oppositio est doctrinae haereticae, nullam facit negotium. Nec temeritate fave impeditur caret qui ob solam hanc vocum diversitatem haereticis notam imponere non erubescit.

XI. Quibus omnibus clare in lumine conspuitur, licet nunc mihi paululum vocis Iansenianae addere avertit & Turnely, & Turnelyanus illos quos non pudet haereticis Iansenianis labem aspergere celeberrimis Theologis catholicis, quod una pra alia voce, uno pra alio modo usi sint in explicanda divinae gratiae efficacia. Ex qua five vocum, five modorum diversitate nullum sequitur, ut palam feci, absurdum. Erigunt censores isti tribunal, iudices supremi sedent. Hos Iansenistas, illos Rigoristas, hos catholicos, illos haereticos ex tripode pronuntiant: & qui non Turnelyat, continuo Iansenizat. Pro certo habeo, & D. Honoratum Turnely, & Turnelyanos nonnullis bona intentione, pioque zelo has censuras tana liberalitate imponere sibi adversariis. Veram, si factum spectetur, censores illi dissidia, schismata, cladis, tragedias parturunt in Ecclesia Iansenisticas. Pro arbitrio, ut manifeste probavi, sibi fingunt illi Ianseniani systematis clavam, & ianuum. Hanc sibi fabricatam clavem, veluti in potestatis iudicariae signum, Iansenismi terriberrimam notam quibuslibet sibi obliquis assignant nonnulli D. Honorati Turnely discipuli. Mira res! Utique quae gravissimum depravatissima opinionem, quae sinceritatem divini cultus adulterant, quae superstitionem promovent, quae morum integritatem corrumpunt, unde haereticos omnes semper profectus sunt. Super his canes murr, altum silentium; immo declamant, & invehuntur in eos qui pro motum reformationem vocem

exaltant, calamitumque acunt. Qui iuxta systema D. Honorati Turnely non exponit divinam gratiam, qui eam vocat delectationem victricem, licet & indifferentiam activam liberti arbitrii sub hac ipsa gratia victrice, & dissentientium facultatem sincere, & reverentem, Iansenistae sunt, Calvinianum reverentem, Iansenistae sunt, Calvinianum reverentem, Iansenistae sunt, Iansenistae sunt. Donec tam incauta, ne dicam immoderata, denigrandi catholicorum hominum famam libido triumphabit, quid pacis, quid fausti ominari possumus? Si, quae proxime adiecit D. Honoratus Turnely, lector lenolentem reputaverit animo, colliget, me mitissima eum excipere oratione. Ut enim P. Massoulie, Ianseniana lue tinctum, acutus undique captivus libidinis evincat, audias velim quae sibi obicit.

XII. Ne ullus dubitandi locus lectori supersit, P. Massoulie doctrinam haereticam esse, haec sibi opponit Doctor Sorbonicus post latam in eum censuram supra rescriptam. Nam te moveat (inquit continuo pag. 324.) quod dicitur opus (P. Massoulie) Roma sub oculis summi Pontificis typis mandatum fuisse, intellectum? Non te moveat quod opusdicitur summo Pontifici INNOCENTIO XII. & auctoritate Magistri Generalis O. P. & Theologorum eiusdem, & aliorum Ordinum, & sapientissimi Cardinalis Ferrari, tunc temporis Magistri sacri Palatii, praesidio munitum ROMAE typis prodierit. Non te moveat quod haecenus per medium & amplius saeculum nec Roma, nec ex Italia, nec ex Germania, nec ex Hispania, nec ex universo orbe Episcoporum, aut Theologorum aliquis contra doctrinam P. Massoulie reclamaverit. Verum enimvero te moveat, commoveatque mirum in modum, quod unicus D. Honoratus Turnely Doctor Sorbonicus, postquam, deserta fuit celebrerrima Universitatis aula, ambigua tamen veste, & antequam pede, amphibiorum more immigravit, in censorem futurum legat adversus libros qui ROMAE eduntur, quosque sapientiores, eruditioresque Theologi Romani non probant modo, sed praenotius multis etiam esserunt, & exaltant. Haec censura te commoveat. Theologorum Romanorum maturum cantumque iudicium nihil pendit. P. Massoulie Roma fua volumina edidit. Iansenista. Vir Cl. P. Laurentius Berti suam Theologiam Roma edidit. Iansenista. Cardinalis Norfisi opera Romanorum Cenorum iudicio sana. Iansenista. Quid haec opponis? clamat iterum D. Turnely, qui eadem pag. 324 sic persequitur. Novus liber Cardinalis Sfondrati Roma pariter edi-

ditus fuit, & cum S. Pontificis Innocentii XII. commendatione, & Cardinalium plurimorum applausu? Nos tamen religioni ducere nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi Gallicani dilectum librum velus plures errores continentem, demeritare S. Pontifici Innocentio in solemni epistola (scripta septimo calendis martii in 1697. Dominus Turnely negotium illud reducit in scenam? Inter plures errores, quos Archiepiscopi, & Episcopi Gallicani deprehenderunt in praefato libro, numerarunt ne gratiam veritatem, & suam efficacitatem recipientem? Erroris ne loco habet censor noster, quod infirma voluntas humana efficacem reddere queat gratiam divinam? Nemo sane mentis improbitate, sed commendabit Archiepiscopos, & Episcopos, qui supremo iudicio Romano Pontifici denuntiant libros quos continere errores iudicant. Cur illos non et imitatus D. Turnely? Quid? Archiepiscopi, & Episcopi Gallicani non sunt auli censuram invere libro Cardinalis Sfondrati, de legitimo iure proprio iudicium illud, de legitimo iure & privato iure Doctor Sorbonicus, non Episcopus, non Archiepiscopus, in Imperium censuram le erigit, & haereticam declarat doctrinam P. Massoulie? Plura sileo, & aio, opera Theologorum Romae edita non effeciones indefectibiles; sed constantiter assero, libros Romae typis editos, & consuetis Theologorum tuta generalium sacrorum Ordinum, tum Magistri sacri Palatii cenfuram suffragis probatos, peculiari obsequio suspiciendos, summoque in pretio habendos, ob hoc scilicet quod Romae prodierint, & quod Romani Theologi Romani apostolice Sedis, qui in Congregationibus sacris intervisant, (sicut recipi in fergit P. Massoulie) non magis perfectam habent eisdem sanctae Sedis doctrinam quam D. Turnely, & nonnulli Turnelyani? Porro quod D. Turnely, eisque a se claret necternici faciant Theologos Romanos, quod in eisdem cenfuram virgam extendant, quod libros illorum suffragis probatos haereticos damnent, iudicent aequi rerum aequitatem, an hic tantus aulus ferendus sit.

## §. VII.

Brevi iudicio P. Ioannis Baptistae GONET ab iniustis censuris D. Honorati TURNELY.

P. Carolus Renatus Billuart in praef. ad Top. I. prudenter asserit, Thomi-

stas non hom. D. Turnely Doctorem Sorbonicum Molinae placita amplexatum esse. Id miratur dumtaxat, Theologum hunc tribunal inter utranque scholam erecisse, in quo animam ab omni partium iudicio alienum simulans, utriusque partis rationum momenta in medium le afferre spondit. Quod sane minus infidelissimum (inquit Cl. P. Billuart) & in gravissimum schola nostrae iniuriam profectus fuit, passim principia nostra solidiora ut censens, aut dissimulans, aut contempni, & in dividio habens; opposita vero, qua parte placet, propalans, & laudans; qua parte vitio laborans, occultans, aut pigmentis oblimens. P. Billuart opiniones aliquas, quae mihi vix sunt laxiores, retellit, ut intelligant adversarii nostri, me non pro domo, sed pro veritate pugnantem. Verum eadem sinceritate opus Cl. P. Billuart in pluribus commendo, & recentium iudicium magnopere probam. Doctor Sorbonicus nunc interitus Thomisticae scholae doctrinam sub scientio aspectu exhibet, nunc Theologos celeberrimos Dominicos, Massoulie, Confejonium, Gonetum, carpit, vexat, & iidem aut Iansenismi, aut fraudis, dicam impingere exquisita arte frinet. Ut P. Ludovicum Molinam a nota temeritatis adversus S. Augustinum asserat, perdoctus Theologum Gonetum malae fidei arguit, quod minus sincere P. Molina in S. Augustinum censuram referat: Integram P. Molina censuram rescribere, nec apice dempto, cogor, quoniam super hac D. Turnely litam intentat. P. Gonet, eique fraudis notam impingit. Porro haec est P. Molinae censura contra S. Augustinum in sua famosa Concordia quaest. xxii. art. 4. & 5. membr. ultim. pag. 394. editi. Auvorp. an. 1697. Nos pro nostra temeritate rationem totam conciliantem haereticum arbitrii cum divina gratiae praesentia, & praedestinatione, quam toto art. xiii. quaest. xiv. & art. vi. quaest. xix. quaest. xxi. & tota hac quaestione tradidimus, sequentibus principis, ex quibus eam deduximus, & quae in variis locis tradidimus, innoti iudicavimus: Quae data, expiataque semper fuissent, forte neque Pelagiana haeresis fuisset exorta, neque LUTHERANI tam impudenter arbitrii nostri libertatem fuissent ausi negare, obtinentes eum divina gratia, praesentia, & praedestinatione coherere non posse: NEQUE EX AUGUSTINIANOPINIONE CERTATIONIBUSQUE CUM PELAGIANIS TOT FIDELES FUissent TURBATI, AD PELAGIANOSQUE DEFECESSINT: factioque

religiosa ille PELAGIANORUM in Gallia, quorum in epistolis Prosperi, & Hilarii sit mentio, fuerint extincta, ut patet ex his in quibus homines cum Catholicis convenisse, & ab illis dissensisse eadem epistole testantur: concitationes denique inter Catholicos fuisse compositas. "Plurima alia similia habet P. Molina contra S. Augustinum, qui, quasi futuri censoris praeiudicium, exclamat: *O quid perdidit qui se audire non potuit.* Lib. IV. contr. Iul. oper. imperl. cap. cxix. *Mira sunt quae dicitis: nota sunt quae dicitis, falsa sunt quae dicitis.* Mira *hominum, nova verumens, falsa convincimus.* Lib. III. contr. Iul. c. 111. *Quis dedignetur talem habere Doctorem?* Lib. II. de orig. anim. An in praefata P. Molinae censura in summum gratia, & libertatis Doctorem S. Augustinum obsequium, moderate, & modesta splendean, iudicent aequi rerum arbitri. S. Augustini doctrina de gratia, quam tot saeculis & ante, & post P. Molinam semper magni fecit Ecclesia tota, quam ceteri posteriores Ecclesiae Doctores, praesertim S. Thomas Aquinas, obsequio summo venerati, & amplexati sunt: haec, inquam, Augustini doctrina fideles turbavit? In Pelagianismum eos detulit? Haec Augustini doctrina Pelagianismum peperit? Haec doctrina in causa fuit cur in Gallia Pelagianorum reliquia extincta non fuerit? Ex hac Augustini doctrina LUTHERANIAM arripuerunt impudenter negandi arbitri libertatem? Supra ostensum est verbis Lutheri, & Calvini, atque Concilii Tridentini, & Leonis X. auctoritate, Lutherum, & Calvinum libertatem impudenter negare propter originale peccatum. Luculentum ergo est toto caelo aberrare hic P. Molinam. Et, ablata hac hypothese, quam falso suppositus est scientia systematis Lutheri, & Calviniani contra libertatem, magna ex parte corruit illius celeberrima Concordia, quae tot celeberrimas discordias peperit. Si Lutherus, & Calvinus competentem habuissent Concordiam hanc, non afferissent libertatem humanam extinctam fuisse in Adamo? Competentem exploratamque illam habuit Iansenius. Quid inde? Sed haec non extra chorum sunt. Ad P. Gonetum accedamus.

II. D. Honoratus Turnely Tom. I. Edit. Ven. f. pag. 438. haec scribit contra Thomistas, & in primis contra P. Gonet. „ Duo reponunt Molinae defensores. I. Nec verba, nec sententia Molinae in citato CONCORDIAE loco ab adversariis, GONET in primis, sincera referri. Haec sunt verba Molinae: *Nos pro nostra &c.* Quibus

verbis non de scientia media tantum sermo instituitur, ut supponere videtur GONETUS, sed de tota ratione conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, & oblatione: de qua ratione (non de scientia media) post verba iam citata immediate subiungit Molina: *Quae si data, explanataque semper fuissent:* GONETUS ponit fuisset, ut de scientia media Molina sic pararetur locus. Est genitius, & manifestus huius loci sensus: si sequantur principia quatuor (inter quae unum est scientia media) ea ratione, & methodo ad conciliandam libertatem arbitrii cum divina gratia, praesentia, & praedestinatione connexta inter se, atque disposita semper fuissent, quae ratione, & ordine, ac methodo ea omnia data, explanataque iam sunt; forte neque Pelagiana haereticis. Haec tenus D. Honoratus Turnely.

III. Quis inducere sibi in animum posset, Doctorem Sorbonicum talia obtrudere potuisse, ut fraudis seu minoris sinceritatis argueret Thomistas univerte, & in primis Gonetum? Cur sincere GONETUS non allegavit Molinae censuram contra S. Augustinum? Quod loco fuisset scripsit fuisset. Nullum aliud fraudis argumentum? Nullum. Tota ergo fraus latitat in illo singulari fuisset pro plurali fuissent. In reliquis omnibus sincerissima est censura severissima quam P. Molina intorsit contra S. Augustinum. Porro, ut a fraudis nota P. Gonetum vindicem, non dicam plura fuissent mendum esse, cum possit iuxta criticas regulas referri, non ad principia, sed ad rationem totam; cum haec sit quae totam illam periodum regit. Non dicam, peritos omnes eiusdem famose controversiae nomine scientia media, a P. Molina invecere, intelligere, & comprehendere totum systema Molinianum, quatuor solum principia. Haec praetereo. Thomistas, & in primis GONETUS citatum P. Molinae testimonium in medium producat, ut ostendant, P. Molinam proprio ore falsam esse, novum systema esse in materia de gratia & libero arbitrio invecisse, sanctoque Ecclesiae Doctori Augustino iniuriosum fuisse, atque incredibilem contempnitione eiusdem doctrinam despectisse. Porro quid ad haec rem attinet, si ve applicetur censura Moliniana soli scientiae mediae, si ve universis quatuor principia quibus illa nititur? Audax ne censura est, si soli scientiae mediae attribuitur; modella vero & humilis, si ad quatuor principia extendatur? Quid ad haec? Cur ergo insinuat Thomistas, & in primis GONETUS.

IV.

IV. Qua igitur ratione a temeritate & audacia nota adversus S. Augustinum vindicatur Doctor Sorbonicus praefatam censuram? Audi. Si quatuor, inquit, principia, inter quae unum est scientia media, ea ratione, methodo, & ordine S. Augustinus explanasset, digessisset, & coniunxisset ad conciliandam arbitrii libertatem cum divina gratia, & praesentia, quae ratione, ordine, & methodo illa explicuit, digessitque P. Molina: quid tunc? Tunc ex doctrina S. Augustini neque Pelagiana haereticis extorta, neque turbati Catholicis fuissent, neque tot ad Pelagianos defecissent, neque Lutherani tam impudenter ausi essent arbitrii libertatem insicari. Ne haec modestissima censura? Immo quid humilissimum, quid obsequiosum in S. Augustini doctrinam excogitari poterat? Aut haec quatuor principia, quorum unum est scientia media, ignota Augustino fuere, aut nota. Nulla hic ad evadendum media scientia. Si primum; ergo Auctor Concordiae quatuor explicavit principia in dogmate conciliandi arbitrii libertatem cum divina gratia &c. quae ignoravit sacra Patrum antiquitas, & praecipue S. Augustinus. Ergo Auctor Concordiae iure sibi asceit novum in hoc dogmate invenisse systema. Si secundum; ergo S. Augustinus habes fuit, & ignorans, qui, cum ante oculos haberet quatuor principia, quibus concordiam libertatis cum divina gratia conciliare potuisset, illustrare, digerere, interpretari illa nescivit ea perperitate, & methodo qua illa explicuit P. Molina. Immo S. Augustinus tam consule, & perturbate eadem exposuit, ut inde recensita absurda profecta sint. Quam lepida & festiva sit interpretatio haec, quae Doctor Sorbonicus nomine defensorum Molinae GONETUM cum Thomistis carpit, & fraudis aculeis, itaque Auctorem Concordiae a contempta doctrina S. Augustini exulare contendit, nemo non videt.

V. Verum, ut evidenter pateat quam infelicis conatu Theologus ille Molinianus causam pro P. Molina oret, pauca subicere lubet. Negat Doctor Sorbonicus, P. Molinam invenisse in hac controversia systema invecisse; sed ait, nova methodo quatuor principia explicasse. Porro, ad hoc quod attinet, falsitatem illum redarguunt celeberrimos Molinae affecte & defensores, P. Fonseca, P. Valquez, P. Granado, P. Valentinus Herice, P. Tiphanius, P. Henricus Henriquez, quorum luculentissima testimonia recentem Thomistae Gonet, Serry, Billuart. Unum & alterum ego referbo, quod in rem meam conferant. P. Tiphanius Lib. de ord. prior. & posterior. cap.

xxv. testatur, nullum alium Theologum ante Molinam, nec per somnum quidem, de scientia media cogitasse, nec eam ullibi vel supposuisse, vel adhibuisse ad illam five Scripturas, five Theologiae scholasticae difficultatem expediendam. P. Valentinus Herice I. P. tract. I. disp. vii. cap. i. num. 7. & 8. inquit. Scientia mediae patrum e, nostra Societate sunt. Inter eos princeps Molina. In qua ego te divinum veteros subtile procedentiam, & singulare ipsius beneficium in nostra Religione magistram collatum agnosco... & decessimus eiusdem familiae Scriptores... caelesti lumine praesedit, haecque illustraverit scientia, qua libertas arbitrii contra Lutherum, & Calvinum, alioquin sectarios defendi possit... Itaque, ut singulari obedientia venenum inobediens, quod homines imberberant, sanavit Ignatius; ita hac scientia conditionali satanicum dogma contra libertatem funditus evertit. Minus caute, ut me minima praesert opinio, P. Herice comparat scientiam mediam cum obedientia quam S. Pater Ignatius servandam iubet. Nam, quod haec virtus splendidissima obediendi figurae Pontifici, aulentanti eiusdem oraculis & mandatis, omni caproso effugio, & vanis interpretamentis sublati, fit validissimum antipodum contra superbia, & appetitum domandi, ultro fatentur omnes. Verum quod scientia media satanicum dogma contra libertatem evertat, ceu imaginarium commentum, reicere docti omnes debent, qui systema Luthero-Calvinianum non ignorant. Scientia media eo studia sua colineat, ut profugeret haereticum Luthero-Calvinianum libertatis amissa per peccatum originale? Huc ne pertinent scientiae mediae moliniana? Ad notae haec pressus urgere. Sat mihi esse palam fecisse, D. Honoratus Turnely in deo debuisse, Nam censuram, latam ab eo reprobam, manifeste falsam declaravit. Vindicat P. Molinae a novitatis, & nimis aucto nota contra S. Augustinum falsitatis revincunt sapientiores Theologi Moliniani, sicuti demonstrant Theologi Thomistae. Reponet utique ad hoc ultimam Doctorem Sorbonicus, plurimos, & non minus celebres Molinae affectas iuniores pro se stare, qui a novitatis laebe purgare Molinam student. Et hoc verum habet. Sed hoc responso Doctor Sorbonicus, dum Charybdim declinat, incidit in Scyllam. Siquidem ille exprobrat Iansenianum in citato loco Tom. de grat. Christi. variationem Iansenismi pro temporum conditione. Porro, si ex una parte antiqui & praefantiores Theologi, tum domestici, tum ex-

tra





illud æquilibrium, quod aliqui etiam hodie defendunt, quibusdam limitibus munitum, neminem nempe posse *pau momento* *se ad vitia, vel virtutes movere*. Quem errorem ut convellat S. Augustinus, vulnera, quibus laucium fuit ex Ade peccato liberum arbitrium, exponit; & miseriarum necessitatem declarat, qua premitur: sed necessitas hæc arbitri indifferentiam non excludit. Sexcentis quippe in locis omnem necessitatem determinantem ad unum luculentissimis argumentis explodit. Lib. II. contra Faustum. *Liberum arbitrium, quod bene, vel male vitur, propter iustum iudicium Dei ab omni necessitate vinculo vincitatem.* Lib. III. de libero arbitrio cap. II. ait, *animam in ignorantia, & difficultate natam, nulla tamen necessitate compri ad permanendam in eo quo nata est.* Ne nimis sim, animadvertas, velim, S. Doctorem variis modis usurpare necessitatem nomen, prout argumenti quod tractat, conditio fert. Cum disputat ad verus Pelagianos, voluntatem sub necessitate asserit, excluda gratia ad bonum operandum, malumque vitandum necessaria. Verum divina gratia præventus, & roboratus homo infirmus libere, omni sublata necessitate, agit. Aliquando asserit, necesse esse hominem operari secundum id quod magis allicit, & delectat; & tum de necessitate consequente sermonem habet. Si plura cupis, consule P. Melancthe & alios Thomistas, qui non minus docte quam erudite omnia quæ difficultatem ingerere possunt, dissolvunt.

## §. IX.

Ex doctrina S. Thomæ vera libertatis idea. Calvinus, & Iansenii sophismata in antecessum præfocata.

I. Angelicus Doctor libertatis imaginem tam vividis coloribus depingit, & more suo tanta perspicuitate, cum brevitate coniuncta, omnia sive antiquarum, qui præcessere, sive recentiorum, qui subsecuti sunt, libertatis hostium sophismata dissolvit, ut, eius doctrina lecta, omnes evanescant difficultates. Lib. II. *contr. Gentes* cap. xlvii. aliquid libertatis humane originem accersit, ex eiusdem nempe immaterialitate, & intelligentia. Spiritus est rationalis anima. Ergo libera. Si enim spiritalis est, intelligens sit oportet. Si intelligens, igitur libera. Quandoquidem spiritus, a materialia determinatione solutus, universaliter percipit, meditatur; & sua consultatione præmissa, ex uno col-

ligit alterum. Errori obnoxius intellectus est; sed hunc suum ipsum errorem deprehendit: supra suas reflectit cogitationes: arbitretur, ut verum a falso distinguat; & voluntaria, a qua movetur, & applicatur, bonum, quod eligere debet, proponit. Hanc reciprocam harmoniam, & mutuum subiectionem melius singulari experitur quam explicare valeamus. Audiamus S. Thomam Lib. II. cap. xlviii. sic ratiocinatum. *Iudicij libertate caret aliqua, vel propter hoc quod nullum habent iudicium, sicut quæ cognitione carent, ut lapides, & plantæ; vel quia habent iudicium, a natura determinatione ad unum, sicut irrationalia animalia. Naturali enim estimatione iudicat ovis lupum sibi nocivum: & ex hoc iudicio fugit ipsum. Similiter autem in aliis. Quæcumque igitur habent iudicium de agendis non determinatum ad unum a natura, necesse est liberi arbitrii esse. Huiusmodi autem sunt omnia intellectualia. Intellectualis enim apprehendit non solum hoc, vel illud bonum, sed ipsum bonum commune. Unde, cum intellectus per formam apprehensam movet voluntatem, in omnibus autem movens, & motum oportet esse proportionatam, voluntas substantia intellectualis non erit determinata a natura nisi ad bonum commune. Quidquid igitur offertur sibi sub ratione boni, poterit voluntas inclinari in illud, nulla determinatione naturali in contrarium prohibente. Omnia igitur intellectualia liberam voluntatem habent, ex iudicio intellectus venientem: quod est liberum arbitrium habere, quod desinitur liberum de ratione iudicium. Consule plura alia quæ S. Thomas habet ibidem, & I. Par. quæst. lxxxiii. & de verit. quæst. xxii. & xxiv. & inde colliges quam ventosi sint istius temporis Metaphysici non pauci qui antiquioribus Scholasticis adscribere incitiam non erubescunt.*

II. Paucis exposita libertatis humane idea, pergit S. Doctor ad convellendos errores quos ex antiquis renovant Calvinus, & Iansenius. Aures erigant novatores, audiantque Angelicum illorum de libertate systema iam pridem perspicue, solideque dirumpent. Narrat ille fuisse quoddam qui (non alter ac Calvinus & Iansenius) libertatem continuantem in sola immunitate a coactione, secus a necessitate; hancque libertatem sufficere ad meritum, & demeritum esse iubeant. Quam opinionem hæreticam appellat S. Doctor quæst. vi. de malo artic. unic. his verbis. *Quidam posuerunt, quod voluntas hominis ex necessitate movetur vero aliquid agendum; non tamen ponebant, quod voluntas cogereetur. Non enim omne necessarium est violentum, sed solum id cuius*

eius principium est extra: unde & motus naturalis involuntarius aliqui necessarii, non tantum voluntarii. Violentum enim repugnat naturali, sicut & voluntario: quia utriusque principium est intra; violentum autem principium est extra. Hæc autem opinio est hæretica. Tollit enim rationem meriti, & demeriti in humanis actibus. Non enim videtur esse meritum, vel demeritum, quod aliquis sic ex necessitate agit, quod vitare non possit. Est enim numeranda inter extraneas Philosophicæ opinionis: quia non solum contrariatur fidei, sed subvertit omnia principia Philosophiæ moralis. Si enim non sit aliud in vobis, sed ex necessitate movemur ad volendum, tollitur deliberatio, exploratio, præceptum; & puniuntur Philosophia consistit. Huiusmodi autem opinionis, quæ destruat principia alicuius parti Philosophiæ, dicuntur positiones extraneæ; sicut nihil moveri, quod destruat principium scientiæ naturalis. Ad huiusmodi autem positiones ponendas induci sunt aliqui homines, partim quidem propter protetivam, partim propter aliquas rationes sophisticas, quas solvere non poterunt. Hæc meditentur, simulque erubescant indifferentie libertatis dolores.

III. Fuso calamo principia vera libertatis ibidem explicare pergit S. Thomas, quæ tei ab omnibus vellem. Pauca ex multis de libabo. Forma rei naturalis est individua per materiam: unde & inclinatio ipsam consequens est determinata ad unum. Sed forma intellectiva est universalis, sub qua multa possunt comprehendi. Unde, cum actus sint in singularibus, in quibus nullum est quod adegnet potentiam universalem, remanet inclinatio voluntatis indeterminata se habens ad multa. Hæc doctrina altius descendenda memoria est. Voluntatem non aliunde necessitatem pati valet quam ab obiecto. Porro, cum nullum obiectum, nullusque actus particularis adeguate, seu explore totam voluntatis potentiam valeat, semper libera manet. Sicut (inquit Angelicus) *si artifex concepit formam domus in universali, sed quæ comprehenduntur diverse figure domus, potest voluntas eius inclinari ad hæc quod faciat domum quadratam, vel rotundam, vel alterius figure. . . . Secundo considerandum est, quod potentia aliqua dupliciter movetur. Uno modo ex parte subiecti; alio modo ex parte obiecti. Ex parte subiecti quidem, sicut visus per immutationem dispositionis organi movetur ad clarum, vel minus clarum videndum. Ex parte vero obiecti, sicut visus, nunc videt album, nunc videt nigrum. Et prima quidem immutatio pertinet ad ipsum*

exercitium actus, ut scilicet agatur, vel non agatur; aut melius, vel debilius agatur. Secunda vero immutatio pertinet ad specificationem actus. Nam actus specificatur per obiectum. Est autem considerandum, quod in rebus naturalibus specificatio quidem actus est forma; ipsam autem exercitium est ab agente, quod causat ipsam motionem. Movens autem agit propter finem. Unde velingitur quod primum principium motionis, quantum ad exercitium actus, sit ex fine. Si autem consideremus obiecta voluntatis, & intellectus, invenimus quod obiectum intellectus est primum principium in genere causa formalis: est enim eius obiectum vis, & verum. Sed obiectum voluntatis est primum principium in genere causa finalis: obiectum eius obiectum est bonum, sub quo continentur omnes fines; sicut sub voce comprehenduntur omnes forma apprehensa. Unde & ipsum bonum, in quantum est quedam forma apprehensibilis, continetur sub vero, quasi quoddam verum; & ipsum verum, in quantum est finis intellectualis operationis, continetur sub bono, ut quoddam particulare bonum. Si ergo consideremus motum potentiarum animæ ex parte obiecti specificatum actum, primum principium motionis est intellectus. Hoc enim modo bonum intellectum movet etiam voluntatem. Si autem consideremus motum potentiarum animæ ex parte exercitii actus, sic principium motionis est ex voluntate. Nam fupor potentia ad quam pertinet finis principium, movet ad actum potentiam ad quem pertinet id quod est ad finem; sicut militaris motus strenuor faciliorem ad operandum. Et hoc modo voluntas & movet seipsum, & omnes alias potentias. Intellectus enim, quia volo: & similiter vero omnibus potentis, & habitibus, quia volo. . . . Sic ergo ad offendendum quod voluntas non ex necessitate movetur, oportet considerare motum voluntatis & quantum ad exercitium actus, & quantum ad determinationem actus, quæ est ex obiecto. Quantum ergo ad exercitium actus, primo quidem manifestum est quod voluntas movetur a seipso: sicut enim movet alias potentias, ita & seipsum movet. Nec propter hæc sequitur quod voluntas secundum idem sit in potentia, & in actu. Sicut enim homo secundum intellectum, in quantum movetur movet seipsum ad scientiam, in quantum ex uno modo in actu venit in aliqua ignorantia, quod erat solum in potentia notum; ita per hoc quod homo aliud voluit in actu, movet se ad volendum aliquid aliud in actu; sicut per hoc quod vult sanitarum, movet se ad volendum sumere potionem. Ex hæc enim quod vult sanitarum, incipit consilium de his quæ conferunt

ad sanitatem; & tandem determinato consilio vult accipere potionem. Sic ergo voluntatem accipientem potionem precedit consilium, quod quidem procedit ex voluntate volentis consilium. Cum ergo voluntas se consilio moveat; consilium autem est inquisitio quadam, non demonstrativa, sed ad oppositam viam se habens; non ex necessitate voluntas se ipsam movet. Sicut, cum voluntas non semper volenti consilium, necesse est quod ab aliquo moveatur ad hoc quod vult consilium. Et si quidem se ipsa, necesse est iterum quod motum voluntatis precedat consilium, & consilium precedat actum voluntatis. Et, cum hoc in infinitum procedere non possit, necesse est ponere, quod quantum ad primum motum voluntatis, moveatur voluntas cuiuscumque non semper actu volentis ab aliquo exteriori, cuius instinctu voluntas velle incipiat... Relinquitur ergo... quod id quod primo movet voluntatem, & intellectum, sit aliquid supra voluntatem, & intellectum, scilicet Deus: qui cum omnia moveat secundum rationem mobilitatis, ut levitas, infirmitas, gravitas, desolatio, etiam voluntatem movet secundum eius conditionem, non autem ex necessitate, sed ut indeterminate se habentem ad multa. Patet ergo quod si consideretur motus voluntatis ex parte exercitii actus, non movetur ex necessitate. Si autem consideretur motus voluntatis ex parte obiecti determinantis actum voluntatis ad hoc, vel illud volendum, considerandum est quod obiectum movens voluntatem est bonum convenienter apprehensum. Unde si aliquid bonum proponatur, quod apprehendatur in ratione boni, non autem in ratione convenientis, non movetur voluntatem. Plurima quae in hoc eodem cit. art. habet, missa facio brevitate gratia. Duas alias questiones de voluntate, & libero arbitrio in eisdem disputatis verat Angelicus, nempe xxii. & xxiv. de verit. triginta constantes articulos. Mirabar quod tot in locis, & tam subtili libero arbitrio, proprietateque entis, proferat, omniaque sophistica penitus profugerit, non sennel, sed pluries. Verum praesentis ille forsitan, non pauciores futuros quam antea extiterant, libertatis oppugnatore. Idcirco omnia quae liberum arbitrium spectant, exhaurire opera pretium existimavit. Et reipsum neque haereticus, neque materialista, vel athei quidquam excogitavit adversus libertatem quod convulsum a S. Thoma in antecessum non fuerit. Qui rei periculum facere vellet, legat loca a me laudata, & inveniet nihil hic a me per exaggerationem dictum esse.

IV. Haereticum appellat S. Thomas opinio-

nem quae negat ad meritum, & demeritum libertatem indifferenter. Quod enim ex necessitate est, tamen spontaneum, deliberatione caret. Siquidem deliberatio, ut docet idem S. Doctor, circa duo versatur, quorum quodlibet possit eligere, aut reprobare voluntas, quod dominum supra suos habere actus debet. Qui autem dominus in actus suos potius, facultatem quoque habet volendi, vel nolendi eisdem actiones proprio subiecto dominio. Contra, qui necellario quidquam agit, minimum facultatem habet volendi, vel nolendi. Quod confirmat S. Thomas I. Part. qu. lxxvii. art. 3, ubi inquit. Ex hoc enim liberi arbitrii esse dicimus, quod possumus unum recipere alio recusato. Et ideo naturam liberi arbitrii ex electione considerare oportet. Et art. 4. subdit. Liberum arbitrium... nihil aliud est quam vis electiva. Essentia autem, seu natura electionis est indifferencia eligendi unum pra alio, ut reperit idem S. Thomas I. 2. quae. xlii. art. 2. Cum electio sit praecipue unius respectu alterius, necesse est quod electio sit respectu plurium, quae eligi possunt: & ideo in his quae sunt penitus determinata ad unum, locum non habet. Quae omnia lato calamo, & immensa eruditione, atque doctrina exponit laud. qu. xlii. & xxiv. de verit.

### §. X.

Sola indifferencia contradictionis ad essentiam libertatis pertinet. Nisi auferatur iudicium indifferencia, voluntas amittit libertatem nequit.

I. Pelagiani contendebant, ad naturam libertatis utramque indifferenciam necessariam esse, & contradictionis, & contrarietatis, quarum notiones dedi supra. Communis Theologorum sententia est, solam contradictionis indifferenciam essentiam constituisse libertatis. Indifferencia enim contrarietatis, seu praecipue, quae versatur inter extrema contraria, qualia sunt bonum, & malum, defectus libertatis est; quia haec indifferencia includit potestatem peccandi. Potestas autem peccandi libertatis imperfectionem prodit, ut egregie explicat S. Thomas II. Sent. dist. xxv. qu. 1. art. 1. ad 2. Ad perfectionem liberi arbitrii non pertinet ut indeterminate se habeat ad bonum, vel ad malum: quia liberum arbitrium per se in bonum ordinatum est; cum bonum sit obiectum voluntatis, nec in malum tendat, nisi propter aliquem defectum, quia apprehenditur ut bonum: cum non sit voluntas, aut electio nisi boni, aut apparentis boni. Et ideo ubi perfectissimum est

est liberum arbitrium, ibi in malum tendere non potest. Sed hoc ad libertatem arbitrii pertinet, ut actionem aliquam facere, vel non facere possit: & hoc Deo convenit: boni enim quae facit, potest non facere; nec tamen malum facere potest. Si plurima alia cupis, facile S. Thomam qu. xlii. art. 6. & qu. xxv. de verit. Ratio evidens est. Deus est perfectissimus: Angelus, beati perfectio fruuntur libertate: & tamen peccare nequeunt. Nulla perfectio est in creaturis quod non sit in Deo. Ergo indifferencia ad peccandum in hominibus imperfectis, non perfectio est. Quare perfectior est libertas in Angelis sanctis, in beatis, qui peccare nequeunt, quam in nobis, qui peccare valeamus.

II. Quod secundo loco explicandum propositum in hoc paragrafo, diligentem curam postulat. Quoniam ad clarioram libertatis notionem penitus comprehendendam valde conducit. Committunt omnes qui libertatis notionem proponunt, tria conflatum. I. ut voluntas sit activa, tum seipsam, tum ceteras hominis facultates, movens, et causa principis. II. ut sit indifferens ad agendum, & non agendum, ad agendum hoc, vel illud. III. ut plenum suam actionem, sine hac elicit ab ea fiat, sine imperate, dominium habeat. Vera haec omnia sunt; sed, quia vera istius indifferencie notio, & unde diminetur, non explicatur, idcirco interminabiles, perpetuaeque lites fervent. Quoniam, dum voluntas & a se, & a Deo ad operandum determinatur, infallibiliter operatur, & fieri nequit ut non operetur, praesupposita libera determinatione, clamantur multi, veram libertatis notionem ignorantes, liberam non esse voluntatem, quae indifferens non est ad eligendum reipsum actum contrarium. Ut igitur quam voluntatem sua privati libertate, nisi auferatur iudicium indifferencia. Siquidem, quando consistit causa, tandiu effectus, seu proprietates quae eandem necessario consequuntur, exillant oportet. Radix autem proxima libertatis est iudicium indifferencia. Indifferens vero ipsius causa est ipsa immaterialitas seu spiritualitas animae; quemadmodum supra ex S. Thoma demonstravi. In citata confirmatione unum & alterum eiusdem textum adducam ex mille quos referre possem. In hac I. 2. qu. xlii. art. 1. ad 2. Radix libertatis est voluntas, sicut subiectum; sed, sicut causa, est ratio. Ex hoc voluntas libere potest ad diversa ferri, quia ratio potest habere diversas conceptiones boni. Et ideo Philosophi definiunt liberam arbitrium, quod est

liberum de ratione iudicium. Sed legas velim S. Doctorem in saepius laudata qu. xxv. de verit. ubi quindecim articulis liberi arbitrii naturam, proprietateque exponit. Inquit art. 2. Si iudicium cognoscitivum non sit in potestate alius, sed sit in alio determinatum; nec appetitus erit in potestate eius; & per consequens nec motus, vel operatio absolute iudicium autem est in potestate iudicantis, secundum quod potest de suo iudicio iudicare. De eo enim quod est in vestra potestate, possunt iudicare. Iudicare autem de iudicio suo est solus rationis, quae super actum suum reflectitur, & cognoscit beatitudinem verum de quibus iudicat, & per quos iudicat. Unde totius libertatis radix est in ratione constituta. Milles hanc doctrinam reperit Angelicus.

III. Porro, ut evidenter tenens hanc iudicium indifferenciam, scias oportet, eam in hoc sitam esse. Ratio voluntati obiectum proponit, ut finitum limitatumque, quod aequa haud valet eiusdem voluntatis amplitudinem. Ideo dicitur cum indifferencia propositum, quia reipsum a voluntate potest, ut bonum valde inferius seipsum. Siquidem, quia bonum propositum limitatum est, ita intellectus iudicium illud proponit, ut simul ex adverso, sine expresso, saltem reipsum alia iudicia se se insinuet; seu, bonum illud, quia scilicet finitum suapte natura, rationum momenta praebet, ut intellectus alia opposita iudicia formare possit. Quapropter advertit S. Thomas, respectu ultimi finis, seu beatitudinis, non reperiri libertatem specificationis, quia intellectus illam proponit ut plene saturatum appetitum. In hac vita respectu beatitudinis adest libertas exercitii: quia haec ab homine non videtur, valetque de ea non cogitare. Ceterum haud valet propria repugnare beatitudinem in communi, etiam in hac vita; quomodo, usque dum vivit, possit in eo suam consistere beatitudinem in quo miseram, & erantolam vitam deat. Libertas ergo humana circa media versatur, quae fini alleguendo idonea sunt. Et, ut dixi, Deum ipsum viatores libere amant, illaque habere odio valent; cum possit a ratione proponi ut quod propriis appetitionibus oppositum.

IV. Animadvertas insuper velim, praeter iudicium illud quod eligendum bonum cum indifferencia proponit, ulterius requirit iudicium quod practicum appellatur. In qualibet siquidem deliberatione quadam syllogistica ratiocinatio occidit, ut frequenter S. Thomas docet, & P. Ioseph a Vita praclare explicat. Bonum amandum est. Hoc bonum

est. Ergo amandum. Secundo propositio in examen frequenter vocatur; & expensis in utramque partem rationibus, iudicium practicum decernit, tale bonum esse eligendum. Voluntas quippe non amplectitur bonum; nisi quatenus est hic & nunc determinate iudicatur ut illi conveniens opportunumque. Quapropter ipsa electio aliquid rationis participat, inquit S. Thomas 1. 2. quæst. XIII. art. 1. *In nomine electionis importatur aliquid pertinens ad rationem, sive ad intellectum, & aliquid pertinens ad voluntatem.* Et clarus 1. 2. quæst. LXXXI. art. 2. ad 2. docet, hoc iudicium esse veluti conclusionem consultationis precedentis. *Iudicium (inquit) est quasi conclusio, & determinatio consilii. Determinatur autem consilium primo quidem per sententiam rationis, & secundo per acceptationem appetitus...* Et hoc modo ipsa electio dicitur quoddam iudicium, a quo nominatur liberum arbitrium. Nec præiudicium quicquam infertur libertati, quod post proposita media, cum indifferentia eligenda, peracta consultatione, voluntas certo eligat bonum per iudicium practicum determinatum. Quoniam libertas conlurgit ex collectione actuum, & consultatione præcedente hoc practicum iudicium, quod infallibiliter operatio voluntatis consequitur. Audi S. Thomam cit. quæst. de veri. art. 2. *Cum ad operationem nostram tria concurrant, cognitio, appetitus, & ipsa operatio; tria ratio libertatis ex modo cognitionis dependet. Appetitus enim cognitionem sequitur; cum appetitus non sit nisi boni quod sibi per vim cognitivam proponitur. Et quod quandoque videatur appetitus cognitionem non sequi, hoc ideo est, quia non circa idem accipitur appetitus, & cognitionis iudicium. Est enim appetitus de particulari operabili; iudicium vero rationis quandoque est de aliquo universalis, quod est quandoque contrarium appetitui; sed iudicium de hoc particulari, operabili ut nunc, nunquam potest esse contrarium appetitui. Qui enim vult fornicari, quavis sciat in universali fornicationem malam esse, tamen iudicat, sibi ut nunc bonum esse fornicationis actum, & sibi facere boni illum eligi. Quæ de re, si plura aves, consule ipsum S. Thomam 2. 2. quæst. xx. art. 2.*

V. His præmissis, concludit Angelicus, posita indifferentia iudicii, necessario consequi libertatem. Quandoquidem, si libertatis istius causa est indifferentia iudicii, fieri nequit ut posita, & consistente causa ista, non consistat quoque libertatis effectus. Unde inquit S. Thomas cit. qu. xxiv. de veri-

art. 2. *totius libertatis radix est in ratione constituta. Unde secundum quod aliquid se habet ad rationem, sic se habet ad liberum arbitrium. Ratio autem plene, & perfecte invenitur solum in homine. Unde in eo solum liberum arbitrium plenarie invenitur.*

## S. XI.

*Ex parte solius obiecti necessitas profectiuum voluntatis. Si Deus imprimere necessitatem voluntati vellet, iudicium indifferentiam auferat oportet. Morio, quomodo efficacissima, profectis, non minuit libertatem.*

I. **E**X his quæ breviter dicta sunt, palam est, non ex parte subiecti, sed ab obiecto totam oriri voluntatis necessitatem. Plurima in Theologia, & qualibet scientia disputationes, lites, & contentiones ardent, quod disputantes frequenter in ipsis rerum notionibus dissident. Experientia didici, divertas omnino libertatis notiones formari in scholis variis: & hinc interminabiles lites, perpetuæque. Plures ideam libertatis in quadam indifferentia subiectiva sola ad utrumque extremum constituunt. Considerant libertatem veluti balancem inter duo pondera, quasi in æquilibrio ad alterutram partem: sub quo aspectu bruta ipsa libera dicenda forent: nam certum est indifferentiam subiectivam ad fugam, & prosecutionem in eandem reperiri. Quid quod in ipsis rebus, sensu contentibus, in ipso pariete, in ipsa tabula indifferentia subiectiva reperitur ad hos, vel illos colores? Perpicue ergo, firmiterque doctrina S. Thomæ, & communiter omnium Theologorum præ oculis habenda est, ut, vera libertatis notione penes omnes constituta, legitime institui disputatio valeat. Hanc autem libertatis notionem in ratione proponente bonum cum indifferentia modo supra explicato S. Thomas constituit. Quoties ergo quod disputatur, sit ne libera voluntas, ostendendum, non ratione regatur; num bonum quod appetit, & amat, propositum a ratione sit cum indifferentia. Ut vero indifferentem proponatur bonum, ipsum limitatum, & finitum fit necessum est: quoniam tum æquale voluntatis amplitudinem nequit; atque adeo voluntas dominio potitur, quo ipsum respicere valet. Exemplis res clarior evadet. Homo in amentiam lapsus eandem omnino indifferentiam subiectivam voluntatis, quam ante amentiam habebat, retinet. At, quia ratione ordinare obiecta proponente caret, libertate quoque destituitur. Beati a sola in-

finita bonitate Deo clare visa, atque possessa necessitatem recipiunt: quia immensa illa bonitas non solum æquat, sed infinite superat voluntatis amplitudinem.

II. Quibus constitutis, quacumque motionis efficacie Deus præveniat, & prædeterminet voluntatem, nullam imprimere necessitatem eidem valet, nisi iudicii indifferentiam removeat. At numquid necessitate Deus voluntatem astringere nequit? Valet sane eidem libertatem auferre; sed libertatis causam removendo, nempe indifferentiam iudicii. Ceterum aliquando hæc indifferentia non auferatur, illæsa consistunt essendi genere a Deo pendat, aliud herme non legitur, nisi quod creatura a Deo producta fuerit. Hoc vero extraneum profectus est ab instituto nostro. In presens quippe ordinem causarum in movendo dicitur discipulus, quærimusque quoniam hoc in genere prima sit, Deus, aut voluntas, aut ambe simul, ita ut neutra præcedat. Deum primam esse causam in hoc movendo genere, quis iverit incicias? Primus ergo Deus voluntatem movet. Ergo præmover. Illam enim particula præ non aliam ob causam adicitur, nisi ad ostendendum Deum in movendo præcedere. Tum. Præmover aut extrinsecus legem proponendo, aut intrinsecus. Nullus hic evadendi locus est. Si extrinsecus tantum; ergo militatur Pelagiana heresis. Si intrinsecus; ergo non moraliter dicitur, extrinsecus physica. Movet, inquit, Deus, quia, sit vis, & præmover in sensu explicato, quatenus est primus; at auxilio non determinante ad unum, sed indifferenti, & a voluntate ipsa determinabili. Ita ne vero? Concedis ergo, voluntatem intrinsecus moveri. Ergo admittis præmotionem, quatenus Deus est primus motor. Admittere quoque debet hanc præmotionem esse physicam hoc in sensu, quatenus intrinsecus & realiter voluntatem afficit. Totum ergo diffusum huc recidit: determinet ne Deus intrinsecus voluntatem. Si enim determinat, ergo prædeterminat; sicut si movere, ergo præmover. Injuria itaque summa culpatur Thomæ ob ipsum harum vocum prædeterminationis physica: cum iste duæ voces non aliud significent quam Deus intrinsecus determinare voluntatem indifferentem ad agendum. Ceterum qua voce appellari debeat modus iste quo Deus voluntatem prædeterminat, an dicitur *delectatio vitæ* appellatur, perinde est, si a variis philoſophandi modis præcincidas, & solam efficacitatem divinæ gratiæ, qua voluntas applicatur ad agendum, consideres. Si enim concedis, voluntatem a Deo intrinsecus

Conc. i. heol. Tom. VI.

III. Quid itaque clamitant, auxilium quo Deus efficaciter, & immutabiliter voluntatem præmover, ut libere velit, iudicii indifferentia præcedente, bonum, præiudicium libertati inferre? Deus (inquit S. Thomas quæst. vi. de mal. art. unic. ad 3.) *mover quidem voluntatem immutabiliter: propter efficaciam virtutis moventis, qua desiere non potest, sed propter naturam voluntatis, quæ non indifferenter se habet ad diversa, non inducitur necessitas, sed movet libertas: sicut etiam in omnibus providentia divina infallibiliter operatur; & tamen a causis contingentiis proveniunt effectus contingentes, ut quantum Deus omnia movet proportionaliter, utrumquodque secundum suum modum.*

IV. Invidiam constant adversarii vocibus quibus Thomæ appellare hanc Dei motionem solent: eam huiusmodi vocant illi modo- nem physicam, prædeterminantem, prævenientem, motionem virtuosam &c. quas voces adhibere idcirco ceperunt, ut revivificentes, sicut ipsi existimantur, Pelagianorum, & Sempelagianorum errores efficacius repellerent. Sola morali, id est extrinseca tantum motione, lege nempe extrinseca clamante & insidente, allici & moveri voluntatem, contendeant præfati heretici. Contra Catholici cum Augustino intrinsecus voluntatem præveniri, adjuvari, & determinari contendunt. Quod vero hoc intrinsecum auxilium, ipsam voluntatem immediate movens, atque determinans, præmotio, prædeterminatio physica, delectatio vitæ appellatur, perinde est, si a variis philoſophandi modis præcincidas, & solam efficacitatem divinæ gratiæ, qua voluntas applicatur ad agendum, consideres. Si enim concedis, voluntatem a Deo intrinsecus

Conc. i. heol. Tom. VI.

dum est? An vera notio modi quo Deus voluntatem movet, percipi ab humana mente potest? Moveri, determinari, & quidem intrinsecus, voluntatem a Deo, Scripturae, Concilia, Patres, & luculentissima rationum momenta evincunt; modus vero quo id Deus praestat, humanam fugit cognitionem. Mihi duo certa sunt: nempe Deum gratia natura sua efficiat voluntatem determinari, & voluntatem sub hac gratia liberam esse libertate indifferenti.

V. Missio itaque vocum diffidio, res ipsa discutienda est. An nunquid hoc ego celebrantiam de auxiliis divinis in humanam voluntatem controversiam revocabo? Si id agerent, ab instituto meo toto caelo aberrarem. Sed ea expositi quae ad rectam humanae libertatis ideam formandam conducere exiliant. Non sem necius, plures tuturus qui nimis prolixitatis in explicanda libertate me scilicet reprehendi. At meminere censes illi, hoc nostro infelici tempore nihil frequentius in discrium disputationem adduci quam libertatis argumentum. Ego autem non calumniam, sed meros conscientiae calus, ab hominibus excogitatos, dicentibus, sed dogmata, & precepta christiana professionis exponenda iudicari. Haec obiter. E diverticulo in semitam regressor, & pauca adiciam, veluti per transeantem, ex S. Thoma, qui invicibilis rationibus evincit, divinum auxilium, quo Deus efficaciter voluntatem determinat, nullum infere humanae libertati praedictum; sed contra ipsam roborare, quae perficere, Lib. III. com. Gent. cap. lxxxviii. adduct hac duo Scripturae loca, ut intrinsecam efficaciam divinae motionis evincat. Cor regis in manu Domini, & quocumque voluerit, inclinabit illud: Proverb. xxi. Allegat alterum ex S. Paulo ad Philip. ii. Deus est qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate. Ex quibus hoc pacto argumentatur cap. lxxxix. Quidam vero non intelligentes, qualiter motum voluntatis Deus in nobis causare possit, ab his praedictio libertatis, contra sunt his auctoritates male exponere, ut scilicet dicent; quod Deus causat in vobis velle, & perficere, in quantum dat nobis virtutem volendi, non autem sic quod faciat nos velle nocere, vel illud; sicut Origenes exponit in III. Periechon, liberum arbitrium defendens contra auctoritates praedictas. Ex hoc processisse videtur opinio quorundam qui dicebant, quod providentia non est de his quae subsumt libero arbitrio, scilicet de electionibus; sed providentia refertur ad exteriores eventus. Non enim qui

eligit aliquid consequi, vel perficere, puta edificare, vel divari, semper poterit ad hoc pervenire. Et sic eventus nostrarum actionum non subiacet libero arbitrio, sed providentiae disponuntur.

Quibus quidem, auctoritatibus sacrae Scripturae resistitur evidenter. Dicitur enim Isa. xxvi. Omnia opera, nostra operatus es in nobis Domine. Unde, non solum virtutem volendi a Deo habemus, sed etiam operationem, a Praeterea. Hoc ipsum quod idem dicit, Quocumque voluerit, inclinabit illud, ostendit non solum deum causalitatem ad potentiam voluntatis extendi, sed etiam ad actionem ipsius. Item. Deus non solum dat rebus virtutem; sed etiam nulla re potest propria virtute agere, nisi agat in virtute ipsius, ut supra ostensum est. Ergo homo non potest virtute sua voluntatis sibi data uti, nisi in quantum agit in virtute Dei. Illud autem in cuius virtute agens agit, est causa non solum virtutis, sed etiam actus eius: quod in artefice apparet, in cuius virtute agit instrumentum, etiam quod ab hoc artefice propriam formam non accipit, sed solum ab ipso applicatur ad actum. Deus est nobis causa, non solum voluntatis, sed etiam volendi. 4. Amplius. Perfectissimus invenitur ordo in spiritualibus quam in corporalibus. In corporalibus autem omnis motus causatur a primo motu. Oportet igitur quod in spiritualibus omnis motus voluntatis a prima voluntate causetur, quae est voluntas Dei. 5. Adhuc. Superius ostensum est quod Deus est causa omnis actionis, & operatur in omni genere: est igitur causa motuum voluntatis, & voluntatis. 6. Item. Huius, quod aliqui intelligat, consilietur, & eligat, & velit, oportet aliquid esse causam: quia omne novum oportet quod habeat aliquam causam. Si autem est causa eius aliud consilium & alia voluntas praecedens, cum non sit procedere in his in infinitum, oportet devenire ad aliquid primum. Huiusmodi autem primum oportet esse aliquid quod est melius ratione. Nihil autem est melius intellectu, & ratione, nisi Deus. Est igitur Deus principium nostrorum consiliorum, & voluntatum.

VI. Quis aliquo commento eludere hanc sancti Thomae doctrinam valet? Docet, Dei virtutem & voluntatem movere, & eundem causam esse. Qui indifferenter se habet ad aliquem effectum, dicitur ne operari effectum hunc? Applicare Deum voluntatem ad agendum, quomodo artifex applicat instrumentum, docet Doctor sanctus. Cur vero applicatio haec non praedicitur libertati, textentis in locis explicat. Unum referam ex

1. 2. quest. x. art. 4. Ad providentiam divinam non pertinet naturam rerum corrumpere, sed servare. Unde omnia movet secundum eorum conditionem; in quod ex causis necessariis per motionem divinam sequuntur effectus ex necessitate; ex causis autem contingentibus sequuntur effectus contingentes. Quia igitur voluntas est actuum principium, non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa; sic Deus ipsam movet, quod non ex necessitate, ad unum determinat, sed remanet motus eius contingens, & non necessarius, nisi in his ad quae naturaliter movetur.... Voluntatis divina non solum se extendit ut aliquid fiat per rem quam movet, sed ut etiam eo modo fiat quo congruit naturae ipsius. Et illico magis repugnaret divinae motui, si voluntas ex necessitate movetur, quod suae naturae non competit, quam si moveretur libere pro ut competit suae naturae. Si plura alia cupis, conliale loca citata eundem S. Doctoris.

CAPUT VIII.

Mirabilis actuum humanorum harmonia, & ordo. Quam in se de humanis officiis disputent. Putendorius, Thomae, Cumberlandus, Heinscius, Wollius, ceterique Profutantes.

I. Samuel Pufendorfus in suo de homine & civitate tractatu officia humana exponens, adeo iustae principia proxima, quae humana officia producent, nempe voluntarium, liberum, libertaticum ideam, mentis, & voluntatis recipiuntur motionem explicat, ut mirum sit, exordium illud a scolis magis fieri. Sed, ea est eorum qui tumultuarie, caligante levata methodo scientias addiscunt, conditio, ut vix distinguere sciatum a genuino, veram a falso sciant. In opere autem de iur. nat. & gent. de intellectu, & voluntate, de ignorantia, de conscientia folio illi sermo; & de more talia miscet veris. Cumberlandus, ut viam latam sibi aperiat ad mores humanos formandos, a valorum imperatorum amplitudine, ad ingenti cerebri quantitate, a ceteris humani corporis partibus praedia arcebat. Helmetius de voluntario, de libero, de actuum mentis, tum voluntatis oeconomia vis verba facit. Wolfius in Philosophia morali impenita propositionum multitudine omnia involvit.

II. Illud hic advertendum, Auctores istos, excepto Thomasio, viro identissimo, libertatem propugnant, delectis datibus Lutheri Calvinoque. Ut humani generis tibi

liberum declinent, fateri tandem aliquando debent esse hominem coacti sunt. Si recte saperent, & nisi caecitatis caligo eos abduceret, confiteri quocumque deberent, Lutherum, & Calvinum non nisi commentitiam, iudicari praedicare potuisse religionem; si ipsi faterentur, primam vere religionis, humanam nempe libertatem, penitus infunderent. At, his iudiciis, propositum exequamur.

III. Duplex in primis ordo in animae nostrae internis officiis distinguitur, intentionis nempe, & executionis. Novem comprehendit ordo iste officia. Actio prima finis cognitio. Nil quippe volumus, quam ipse precognoscit. Haec finis cognitio voluntati exhibet bonitatem, quae ad illi amorem invitat, & allicit. Huic prime intellectus actioni respondet voluntas actus, qui simplex voluntas nuncupatur; quae primus voluntatis fructus est, in quem ut erumpat voluntas, impelli ab aliquo principio debet, ut supra ex S. Thoma demonstravi. Omnes voluntatis actus sunt volitiones; sed haec prima, ut a posteribus distincta simplex voluntas idcirco appellatur, quia in finis complacentia sistit, illuc in se a mediis seculum diligit; & propterea volentes, seu actio languida, & inefficax vocatur. Virtutis pulchritudo etiam vitiosis aridet, eam absolute spectatam diligant; ad dilectionem torpida & infirma: quia, ut ad executionem respectum habet, ab eadem voluntatem avellunt. Haec simplicem finis volitionem efficit eundem finis intuitu consequitur, quae finem medius comparandum spectat, seu finem spectat, ut rationem prodit volendi media quibus obtinetur. Et quoniam actus quo media executioni demandantur, specie distinguitur a finis intentione, nihil tamen impedit quominus voluntas uno actu feratur in finem & in media, quatenus in fine continentur. Quoniam tum plura ordinate, & per modum unitatis attinguntur, ut S. Thomas docet 1. 2. qu. viii. ar. 3. his verbis: Manifestum est ergo quod unus & idem motus voluntatis est quo fertur in finem, secundum quod est ratio volendi in quo sunt ad finem, & in ipsa quo sunt ad finem. Ceterum actus electionis mediorem absolute distinctus ab intentione finis est.

IV. Saepe finis intentio intellectui, attentio voluntati a nonnullis Scripturis attribuitur. Verum similes locutiones non adeo praecise sunt nec ad Metaphysicæ regulas exacte, sed promissive quodque intentio pro attentione usurpatur in communi sermone: quoniam sicut attentio operationes dirigat, H 4 rigit,